Wrede

DE

ORIGINE PRAEPOSITIONIS

ΕΙΣ εἰς

ET VARIA APUD GRAECOS SCRIPTURA.

DISSERTATIO PHILOLOGICA,

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITERARUM ACADEMIA REGIA MONASTERIENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

DIE XXV. MENSIS IULII A. MDCCCLXVIII

IN PUBLICO DEFENDET

FRANCISCUS WREDE

MEDEBACENSIS.

MONASTERII.

TYPIS IOSEPHI KRICK.

MDCCCLXVIII.

VIRO . SUMME . VENERANDO

IOSEPHO . LINHOFF

POTENTISSIMO . BORUSSORUM . REGI . A . CONSILIIS . INTIMIS
ORATORI . IN . MINISTERIO . RERUM . SACRARUM . SCHOLASTICARUM
AQUILAE . RUBRAE . EQUITI

GRATI . ANIMI . TESTANDI . CAUSSA

FRANCISCUS . WREDE

„Es sind aber auch lauter in sich kleinliche Einzelnheiten, auf welchen der Totaleindruck der Sprachen beruht, und nichts ist mit ihrem Studium so unvertraeglich, als in ihnen bloss das Grosse, Geistige, Vorherrschende aufsuchen zu wollen. Genaues Eingehen in jede grammatische Subtilitaet und Spalten der Woerter in ihre Elemente ist durchaus nothwendig, um sich nicht in allen Urtheilen ueber sie Irrthuemern auszusetzen."

W. v. HUMBOLDT: „Ueber die Kawi-Sprache auf der Insel Java." Bd. 1. pag. LXII.

Non dubito fore, qui dicant, fluctus a me excitatos esse in simpulo, quippe quum de praepositionis *εἰς* varia scriptura commentationem scripserim satis amplam. Levissima sane haec res, bene scio, et parvi, si per se spectetur, momenti. „Sed ex elementis constant", Clarkii verbis utor, „ex principiis oriuntur omnia: et ex judicii consuetudine in rebus minutis adhibita pendet saepissime etiam in maximis vera atque accurata scientia." Et si Valerius Messala, vir summae in re publica auctoritatis rerumque maximarum administratione distentus, persona sua non indignum putavit, de litera *ς* librum conscribere singularem, quid tandem me pudeat exquirere, quomodo praepositio *εἰς* apud Graecos omnino scripta sit, praesertim quum hac de re vel doctissimi viri, ut ex ipsa dissertatione apparebit, operae pretium ducerent plus minusve quaerere ac disputare. Nec tamen rem plane absolvisse et perfecisse illi mihi videntur neque etiam omnino quisquam adhuc, quantum scio, copiosius uberiusque hanc materiam tractavit.

Quare ipse ad indagandum illud et dijudicandum accedere mihi proposui. Sed haec quaestio latissime patet, et qui-

dem ut omnia bene probeque cognoscantur, non sufficit, scriptores tantum hac de re explorasse, verum inscriptionum quoque opus est diligentiore investigatione, et grammaticorum quaecunque exstant testimonia, et denique in universum desideratur dialectorum cognitio. Haec autem, quantum in me erat et res postulare videbatur, omnia examinare ac perscrutari studui. Sed quomodo provinciam susceptam administraverim et num omnino in hac re quid profecerim, liberum judicium cuilibet relinquam: peritis tamen et aequis alienorum laborum aestimatoribus hanc meam quaestionem haud ingratam fore confido.

Commentationem igitur in duas partes distribuam, in quarum priore de antiquissima et primitiva praepositionis forma pauca disseram, in altera vero quaeram, quaecunque variae formae ex illa natae sint et in iis adhibendis singularum Graecae linguae dialectorum quae fuerit ratio.

PARS I.

Caput 1.

DE ORIGINE PRÆPOSITIONIS *ΕΙΣ*.

Praepositionis *εἰς*, si quaerimus, quae sit stirps, analogia jam postulat, ut *τὸ εἰς* ex antiquiore *ἐνς* natum putemus, quemadmodum *εἷς* ex *ἕνς* (*ἑνός*), *τιθεὶς* (*τιθέντος*) e *τιθένς*, *μείς*[1]) pro communi *μήν* (mensis) e *μένς*, cf. Ahrens. de Graecae linguae dialectis I. §. 10. et Boeckh. Corpus Inscript. Vol. II. p. 851.

Neque minus, *εἰς* olim *ἐνς* sonuisse, inde recte collegeris, quod in aliquot Graecae linguae dialectis, velut in septentrionali quae vocatur Doride et apud Boeotos Thessalosque, ut infra videbimus, pro *εἰς* reperitur *ἐν* cum accu-

[1]) Forma μείς apud Jones, Atticos, Aeoles et haud dubie etiam in mitiore, quod dicitur, Doridis genere in usu erat cf. Ahrens. dial. II. pag. 242. et I. pag. 122. Male autem, ut hic moneam, quod Ahrensius l. c. II. pag. 242. not. 3. et Boeckhius in Corp. Inscr. Vol. I. pag. 721. jam observaverunt, Etymologici Magni auctor aliique grammatici in voce μείς Doricam literae η̄ in ε̄ι mutationem sibi agnoscere sunt visi; quasi μείς e μὴν natum esset, quum tamen satis appareat, et μείς et μὴν ex una eademque forma μένς deducendum esse (conf. Giese. Aeol. dial. pag. 164. not.). —

sativo junctum. Hoc enim ἐν, quod caveas ne cum cognata praepositione ἐν, cui propter propriam quietis significationem semper adjungitur dativus, confundas, unde aliter exortum judices nisi, ς in fine abjecto, ex antiquo ἐνς, [2]) quae quidem praepositio cum omnibus ex ea natis solum accusativum sequentem reddit. Cum εἰς autem et ἐν (c. acc.) formis ex ἐνς bene comparentur μεὶς et μήν (μέν) e μένς.

Sed denique etiam diserta grammaticorum adsunt testimonia, ex quibus perspicitur, ab Argivis et Cretensibus ipsam formam ἐνς e summa antiquitate servatam esse. Sic Pseudo-Herodian. in Aldi Hortis Adonidis pag. 409. (vid. Koen. ad Gregor. Cor. pag. 355. not. 10. ed. Schaefer.): —— καὶ τὴν μὲν εἰς πρόθεσιν ἐνς λέγουσι (scil. Ἀργεῖοι καὶ Κρῆτες) καὶ τὸ τιθείς τιθένς. Ita enim legendum est e MS. Leidensi apud Koen. l. c. pro vulgato ἐν et τιθέν. — Eadem ex Heraclide monuit Eustathius ad Hom. Il. Θ. 722, 60: —— οἱ (scil. Ἀργεῖοι καὶ Κρῆτες) πολλάκις ἐξαιροῦντές, φησι, τὸ ῑ ἐντάττουσι τὸ ν̄, τὴν εἰς πρόθεσιν ἐνς λέγοντες καὶ τὸ τιθεὶς τιθένς. Huc etiam referas Hesychii glossam illam ἔνσας· αὔριον· in qua procul dubio τὸ ἐνς latet, ita ut traditum ἔνσας corrigendum sit in ἐνς ἄς [3]) i. e. εἰς ἄας; comparentur Hesychii

---

[2]) cf. Ahrens. l. c. II §. 14, 4. — Sed non probo Matthiaeum, qui Graec. Gramm. p. 1339. §. 577. praepositionem illam ἐν c. dat. item ex ἐνς ortam esse suspicatur, dicens: „ἐν mit der Grundbedeutung in, wahrscheinlich ursprünglich ἐνς, woraus auch εἰς entstanden zu sein scheint §. 39.“ Namque, ut statim patebit, omnino vice versa τὸ ἐνς ex illo ἐν (c. dat.) formatum esse videtur; τὸ ἐν vero haud dubie ad pronominalem stirpem sanscritam anâ revocandum est, vide Boppium „Vergl. Gramm.“ II. pag. 187. et III. pag. 495. Curtium „Grundzüge d. Griech. Etymologie“ I. pag. 273. sq. —

[3]) ἐνς ἄς pro codicis scriptura ἔνσας probavit ac recepit Maur. Schmidt in Hesychii edit. (Jenae 1860.) Vol. II. s. v. adnotans: „ἔνσας cod. Glossam Creticam correxit Ahrens. Dial. II. pag. 385. sq.“ Sed tamen, ut obiter moneam, Ahrensius l. c. minus recte ἐνς ἅς, ὀξυτόνως scripserit pro ἐνς ἆς περισπωμένως, quippe quod ex ἄάς ortum. Vox autem ἄα, quod addam, ἄϜα esse videtur pro ἠώς, compares apud Lesbios αὖα, αὔαν, vide Ahrensium l. c. I. pag. 121. et ibidem pag. 206. —

glossae ἄας· εἰς αὔριον· Βοιωτοί. et εἴδας· εἰς αὔριον. in quarum posteriore Ahrensius (l. c. II. pag. 386 not.) illud εἴδας ex εἴσας (i. e. εἰς ἄς) corruptum esse recte suspicari videtur.

Ex his igitur satis apparet, praepositionis εἰς antiquissimam et primitivam formam ἐνς fuisse.

Jam vero id agitur, τὸ ἐνς unde derivandum et qua ratione omnino factum sit, ut huic formae aliisque inde natis motum in aliquem locum, quapropter iis semper accusativus adjungitur, exprimere quasi reservaretur.

Cognatas linguas si adimus, in iis, velut in Latina, Gothica nostraque vernacula, una praepositio „in" nobis occurrit, quae eadem duas rationes exprimit, et quietem vel locum, ubi versatur aliquid vel fit, et motum in aliquem locum, eo tamen discrimine, ut, si illud spectes, praepositio cum dativo vel ablativo, sin hoc, cum accusativo conjungatur.

Sed Graeca lingua pro diversis illis rationibus varias quoque praepositiones formavit et quidem ad quietis significationem formam ἐν c. dativo, ad alteram vero motus rationem reddendam ex ipso illo ἐν finxit novam praepositionem ἐνς, cui, ad vim quod attinet, τὸ ἐν respondet fere ut nostrum hier τῷ hierhin.

In incremento igitur illo ς causa quaerenda est, cur τῷ ἐνς (εἰς) insita sit vis movendi in aliquem locum.

Sed jam illud ς unde factum est et quomodo potest explicari?

Hoc manifestum est atque evidens, finale ς in ἐνς non esse solum signum vel solam literam, sed potius latere in eo suffixum quoddam mutilatum, quod quidem eam, quae τῷ ἐνς propria est, vim movendi effecerit. Id autem consideranti quid aliud tibi in mentem veniat, nisi statim particula enclitica illa σε, quippe quae voci, cui adhaeret, semper tribuit significationem dirigendi in aliquem locum, velut ποῦ ubi, πόσε quo, ἐκεῖ ibi, ἐκεῖσε eo. Sic igitur ex ἐν, quasi hic (hier),[4])

---

[4]) Praepositiones enim antiquitus erant adverbia, cf. Curtius „Erlaeuterungen zur Griech. Gramm." (Prag. 1863.) Cap. 17. pag. 168 sq.

formatum est *ἔνσε*, quasi huc; et inde, *ε* in fine abjecto, nostrum *ἐνς* processit, fere ut, quae Boppius „Vergl. Gam.“ II. pag. 187. comparat, *εἷς* ex *ἐσ-σί*, *δό-ς* e *δό-θι*, *πρὸ-ς* e *πρό-τι*. In Gothica lingua, ut hoc apponam, respondet finale illud *th* vel *d*, e suffixo *tha, da* decurtatum, quemadmodum in *hvath* vel *hva-d* quo, *alja-th* *ἄλλο-σε*, *jain-d* *ἐκεῖσε*; atque e Latina lingua compares *ci-s (ci-tra)* [5]) et *ul-s (ultra)*.

Haec hactenus de origine praepositionis.

Caput 2.

DE USU ANTIQUISSIMÆ PRÆPOSITIONIS *ἘΝΣ*.

Ad usum praepositionis *ἐνς* quod attinet, hac de re omnino certi quid statuere non licet. Sed tamen hoc verisimile est, illud *ἐνς* in antiquissima tantum lingua, in qua omnino literarum *νς* concursus a Graecis ferebatur, [6]) maxime usita-

---

et C. W. Lucas „Formenlehre des Jonisch. Dial. im Homer.“ (III. ed. Bonn. 1853.) pag. 78. —

[5]) Suffixum enim illud tra in citra et ultra haud dubie idem est, quod sanscritum suffixum tra, ex quo fortasse, ut Bopp. Vergl. Gr. II. §. 420. (pag. 241) monuit, particula illa σε (velut in ἐκεῖσε) detruncata est, r ejecto et t in s attenuato; eadem igitur ratione τὸ s in cis et uls ex illo tra in citra et ultra exortum esse accipere licet; unde efficitur illud s in cis et uls cognatum esse cum Graeco σε et sic omnino respondere τῷ ς in praepositione ἐνς (ex ἐνσε).

Boppius, ut attingam, τὸ s in cis et uls cum Graeco suffixo locativo θι (πό-θι et alia) cognatum esse suspicatur (l. c. II. pag. 212.), ad quod eandem rationem habere addit, quam δός ad δόθι. —

[6]) Sic satis constat, antiquissimam linguam νς habuisse, velut in accusativis plur. II. et I. declinationis, e. g. τόνς pro τοὺς cf. Gothicum thans; θεὸνς, quod vulgari θεοὺς respondet, fere ut veteroprussicum (altpreuss.) deivans litauico dēvus; τιμάνς pro τιμάς, πρεσβευτάνς, quod

tum fuisse. Et jam si quaerimus, quamdiu hic *τοῦ ἑνς* usus apud Graecos obtinuerit, fortasse verum est, quod Ahrensius (dial. Gr. ling. II. pag. 430.) suspicatur „*Doricae migrationis tempore antiquissimam formam ἑνς in usu fuisse;*" idque ille

in Cretico quodam titulo nr. 3058 (Boeckh. Corp. Inscript.) l. 4. sonat πρειγευτάνς (Cretensibus enim proprium est πρείγυς p. πρέσβυς, πρειγεία p. πρεσβεία etc. cf. Boeckh. l. c. Vol. II. pag. 405. de dial. Cretic. §. 9.); praeterea in Verborum participiis, v. c. τύψανς, λέξανς, τιθὲνς et simil., quorum terminatio recepta fuit a Romanis in ferens (zend. barans), docens, legens etc.; et denique in multis aliis formis quemadmodum πάνς p. πᾶς, μέλανς p. μέλας etc. Qua de re omnino consulas Ahrensium de dial. II. §. 14 et I. §. 10. Giese. Aeol. Dial. pag. 100. sqq. et Matthiae. Gr. Gramm. p. 123.

Sed per hanc occasionem facere non possum, quin de verbi substantivi participio praesentis paucis disputem. Hoc enim quoque participium ad eas pertinere mihi videtur voces, quae olim literas νς conjunctas praebuerint, atque equidem puto ejus antiquissimam formam apud Graecos ἕνς sonuisse idque ex hisce rationibus:

Namque in literarum monumentis reperiuntur rariores formae illae Nom. Plur. ἔντες in Tabb. Heracleensibus (ap. Boeckh. Corp. Inscript. Vol. III. nr. 5774.) I lin. 117 et lin. 178; Dat. Plur. ἔντασσιν ibid. lin. 104; παρέντων apud Alcmanem (fr. 121 Welcker.) secundum Heraclidem ap. Eustathium. 1787, 43; ἔντα, quam formam Choeroboscus in Theod. 859, 20 laudat, fortasse, quod Ahrensius de dial. II. pag. 324 suspicatur, ex eodem Alcmane aut e Rinthone Tarentino: praeterea feminini formae ἔσσα, ἔσσαι (pro οὖσα, οὖσαι), quas in fragmento quodam Philolai Pythagorei Boeckhius restituit in libro „Philolaos des Pythagoreers Lehren nebst den Bruchstuecken seines Werkes" (Berlin 1819.) pag. 62 not. 1. dicens: „ἔσσα ist Italisch-Dorisch „statt οὖσα, wie gleich hernach „ἔσσαι, welches faelschlich in ἔασσαι verwandelt worden: diesen Do- „rismus lehrt schon Maittaire und uebereinstimmend damit ist ἔντες fuer „ὄντες in den Heracl. Tafeln. Vgl. Koen. z. Greg. §. 598. Schaef. Οὐσία „lautete daher im Ital. Dor. ἐσσία, worauf sich Platon bezieht Cratyl. „§. 401. C. οἷον καὶ ἐν τούτῳ, ὃ ἡμεῖς οὐσίαν καλοῦμεν, εἰσὶν οἳ ἐσίαν „(schreibe ἐσσίαν) καλοῦσιν, οἱ δ'αὖ ὠσίαν."

His formis laudatis grammatici addunt εἷς, ἔντος, ἔντι, εἶσι, velut Choeroboscus in Theod. 859, 20. ὁ εἷς, τοῦ ἔντος, τῷ ἔντι, τὸν ἔντα ἀντὶ τοῦ ὑπάρχοντα, ὡς καὶ ἡ χρῆσις δηλοῖ οὕτως ἔχουσα· παῖδα ἔντα· ἀντὶ τοῦ παῖδα ὑπάρχοντα καὶ λοιπὸν τὰ πληθυντικά οἱ ἔντες, τῶν ἔντων, τοῖς εἶσι βαρυτόνως.

Quibus consideratis dubitari nequit, quin Nominativi Sing. forma mascul. antiquitus ἕνς fuerit, ex qua ἔντος, ἔντι, ἔντα etc. formata

inde colligit, quod praepositio εἰς, quam formam vulgaris Doris postea praebet, in septentrionali ἐν (c. acc.) sonat.

Sed posteriore tempore, quod satis certum est, ex omnibus Graecis, quippe quum in Hellenismo secundum soni quandam legem duae consonae in fine vocabulorum non tolerarentur, exceptis tantum πς et κς (vid. Giese Aeol. dial. p. 98 sqq.), Doriensium soli Argivi et Cretes, qui omnino literarum νς conjunctionem admisisse videntur (cf. Ahrens dial. II. §. 14.), antiquum ἐνς, Grammaticis quidem testibus (vide supra), retinuerunt. Non recte tamen, ut moneam, grammatici praepositionis ἐνς usum Creticae dialecto in universum tribuunt. Etenim pars tantum Cretensium omnino literarum νς concursum cum Argivis communem habebant, quam quidem rationem in Creticis, quae exstant, inscriptionibus non reperimus nisi in decretis Vaxiorum nr. 3050 (Boeckh. Corp. Inscript.) et Latiorum nr. 3058, in quorum priore secundum meliorum

---

sunt aeque ac τιθέντος etc. ex antiquo τιθένς. Ad feminini autem formas illas ἔσσα, ἔσσαι quod attinet, hae optime respondent adjectivi χαρίεις (χαρίενς) femininis χαρίεσσα, χαρίεσσαι, in quibus τὸ ν̄ ante σ̄, ut ita dicam, non in iota, quemadmodum in τιθεῖσα similibusque, sed per assimilationem in σ̄ mutatum est. Denique vero quod paene praetermisimus, sententia nostra eo quoque confirmatur, quod grammatici εἶς formam testantur eamque diserte Aeolicam dicunt, ut Heraclides apud Eustathium 1787, 45: μήποτε οὖν καὶ τὸ εἴη ῥῆμα Αἰολικόν ἐστιν ἀπὸ τῆς εἶς μετοχῆς, ἧς κλίσις παρὰ τοῖς ποιηταῖς εἰπών φυλάττεσθαι παράγει χρῆσιν ἐξ Ἀλκμᾶνος· τὸ ἔστι παρέντων μνᾶστιν ἐπιθέσθαι· οὐ κατ' ἔξαρσιν τοῦ σ̄ ἀπὸ τοῦ παρεόντων, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ εἶς ἔντος Αἰολικοῦ. Aeoles autem, quod satis notum est, antiquum ν̄ ante σ̄ in iota mutaverunt: sic παῖς, παῖσα, τοὶς, ταὶς, μέλαις aliaque, dixerunt (pro πᾶς, πᾶσα, τοὺς, τὰς, μέλας) e πάνς, πάνσα, τόνς, τάνς, μέλανς, qua de re inspicias Ahrensium dial. I. §. 10. Boeckh. Corp. J. Vol. II. pag. 194 et pag. 851. L. Hirzel. „Zur Beurtheilung des Aeol. Dial." (Leipzig 1862) pag. 50. Plehnii Lesbiacorum librum (Berolini 1826) pag. 127. 129. unde consentaneum est, etiam participium illud εἶς apud eos natum esse ex antiquiore forma ἕνς. Postremo compares e cognatis linguis formas: absens, praesens, potens, ésans (litauic.) emprikisins (vetero-prussic.) i. e. praesens; in quibus antiquum n̄s pure servatum est. —

apographorum auctoritatem habes: lin. 7. *πάνσας*, lin. 14. *τόνς*, lin. 16 *ὑπαρχόνσας*, et in altero nr. 3058 lin. 4. *πρειγευτάνς* (i. e. *πρεσβευτάς*), lin. 7. *ὑπαρχόνσας*, cf. Ahrens. dial. II. §. 14. et Boeckh. l. c. Vol. II. pag. 851. Sed maxime miremur, quod in titulis illis nusquam praepositionis forma *ἐνς* traditur, verum *ἐς* potius vel *εἰς*. Ac sane quaerentibus hujus rei quae sit causa, proclivis est suspicio, illud *εἰς* vel *ἐς* lapicidae Teio deberi, quippe quum omnino hujusmodi in rebus lapicidae haud raro peccaverint (cf. Ahrens. l. c. II. pag. 18.), *ἐνς* igitur ubique esse restituendum. Attamen fortasse probabilius est, quod Ahrensius l. c. II. pag. 105 proposuit, illud non lapicidae Teii culpa factum esse, sed dialecti inconstantia, antiquiorem ejus voculae formam ea aetate respuentis (decreta enim circa a. 190. a. Chr. Tei posita sunt).

Jam vero hac de re quae porro dicam, non habeo; ad alteram igitur, quam proposuimus, disputationis partem accedamus.

PARS II.

DE VARIIS FORMIS, QUÆ EX ANTIQUISSIMA ILLA 'ΕΝΣ APUD GRÆCOS NATÆ SUNT.

Quum variae exstiterint Graecae linguae dialecti, jam per se patet, etiam varia fuisse praepositionis nostrae scribendae genera; et quidem in literarum, quae supersunt, Graecarum monumentis sex potissimum nobis occurrunt formae: *εἰς*, *ἐς*, *ἰς*, *ἠς*, *ἐν*, *ἰν*; in quibus adhibendis alia alius dialecti erat ratio. Itaque jam nostrum est, varias Graecae linguae dialectos, Aeolicam, Doricam, Jonicam, Atticam, singulas deinceps perlustrare, ut in unaquaque cognoscamus, illarum formarum quae potissimum regnaverit et omnino quae sit admissa; ad quem finem necesse est uniuscujusque dialecti fontes, scil. inscriptiones, scriptores, grammaticos, adeamus atque exquiramus.

Caput 1.

QUOMODO PRÆPOSITIO SCRIPTA SIT IN ÆOLICA DIALECTO.

Apud Aeoles autem quae fuerit praepositionis scriptura priusquam inquiremus, haec pauca mihi sunt praemonenda.—

Vulgo enim secundum Strabonis (VIII. p. 513.) auctoritatem varia Aeolicae dialecti enumerantur genera, ut Aeolum Asianorum (ad quos Lesbos insula pertinet et vicina Aeolidis Asiaticae ora), Boeotorum, Thessalorum, Eleorum, Arcadum, Phocensium, Delphorum, Aetolorum aliorumque nonnullorum. Sed Ahrensius l. c. I. §. 52 et §. 53 jam docuit, in Eleorum Arcadumque dialectis nihil inesse, cur Aeolicae potius quam Doricae adnumerarentur; atque idem l. c. I. §. 1, 1. ostendit, gentes illas septentrionalis Graeciae [7]) non recte a Strabone ad Aeolicam stirpem referri; neque meliore jure earum dialectos Aeolicas haberi ex ejusdem Ahrensii libro de dialectis I. §. 54 et II. passim, satis superque apparet.

Tres igitur tantummodo populi restare videntur, quos optimo jure statuere licet et Aeolicae fuisse stirpis et Aeolice locutos esse; scil. Aeoles Asiani, Boeoti, Thessali; [8]) apud quos tamen ipsos nihil est dubitationis, quin Aeolismus, quamquam communis, idem tamen non fuerit, sed, pro nationum discrimine et terrarum, variam traxerit indolem, aliam in Boeotia, aliam in Thessalia, aliam in Lesbo et Aeolide Asiae; [9]) qua de re conferas Ahrensii librum „DE DIALECTO ÆOLICA." — Sic igitur etiam in praepositione nostra scribenda tres illae gentes plus minusve variam secutae sunt rationem, quae qualis apud unamquamque earum fuerit jam accuratius investigabimus.

Ad Asianos igitur Aeoles primum quod attinet, quorum dialectus a grammaticis potissimum Aeolica vocatur, quippe

---

[7]) ut Phocenses, Delphos, Aetolos, Locros, postremo Thaumacenses, qui est Phthiotidis populus. —

[8]) cf. G. Curtium „Griech. Grammat. (7. Aufl. Prag 1866) Einltg. S. 2." et L. Hirzel. „Zur Beurtheilung d. aeol. dial. (Leipzig 1862) S. 1." et Mullach. Gramm. d. Griech. Vulgarspr. (Berl. 1856) pag. 2. —

[9]) Lesbi insulae dialectus et vicinae Asiae orae nihil fere discrepant, quare etiam eas sub uno Asianae Aeolicae nomine complecti solent: vide Ahrensium l. c. I. §. 2. et Sev. Luc. Plehnium in Lesbiacorum libro (Berolini 1826) pag. 126. —

Lesbiā poesi celebrata, analogia jam postulat, ut apud eos ex antiqua praepositione ἐνς, ν ante σ pro usu in ι mutato,[10]) εἰς factum putemus; id quod etiam scriptores Aeolicae dialecti et maxime inscriptiones comprobant, in quibus constanter fere εἰς reperitur, raro autem ἐς.

Sic in Lesbiacis titulis habes:

nr. 2183[11]) lin. 9 εἰς ἑαύταν[12]). — nr. 2166 b.[13]) lin. 6 et lin. 7 εἰς τὰν... καὶ εἰς... — nr. 2166 c. lin. 7 εἰς τὸμ πόλεμον εἰςφέρῃν, ibid. lin. 9 εἰςφερόντων, lin. 11 εἰς Κύπρον, lin. 12 εἰς μίκρον. — nr. 2168 b. lin 4 εἰς ἑαύταν.

His Lesbiacis inscriptionibus accedunt Cumaeus titulus nr. 3523, decretum Cumaeorum nr. 3524 et denique Lampsacenus tit. nr. 3640 (ignotae urbis Aeolicae decretum ad Lampsacenos), in quibus solum εἰς scriptum exstat, nunquam ἐς: ut nr. 3523 lin. 7 εἰςαγώγαν, ibidem lin. 8 εἴςπλουν. — nr. 3524 lin. 22 εἰς ἀμοίβαν; lin. 27/28 εἰς τάν πόλιν; lin. 29 εἰς προεδρίαν; lin. 34. 44. εἰς ἔαυτον; lin. 40 εἰς αὖτο; lin. 45 εἰς τὰν ἀγόραν lin. 49 εἰς ἔαυτον et εἰςενέχθῃ; lin. 50 εἰς τὸ γυμνάσιον; lin. 52 εἰς στάλαν; lin 53 εἰς τὸ γυμνάσιον. — nr. 3640 l. 20 εἰς ἔαυτογ; lin. 26 εἰς ἔαυτον.

His autem consideratis, non dubito fore, qui in Mytilenaeo titulo nr. 2166 Aeolice scripto traditum illud ἐς δύναμιν (l. 18) suspectum habeant. Ac sane valde proclivis est suspicio,

---

[10]) ut εἶς ex antiquo ἕνς, quod a vulgata ratione quidem non differt, sed Aeolicum audit in Crameri Anecdotis I, 171, 19; παῖς pro πᾶς e πάνς; τοὶς pro τοὺς e τὸνς et similia cf. Boeckh. Corp. Inscr. Vol. II. pag. 194 et pag. 851; Ahrens. l. c. I. §. 10. et L. Hirzel. l. c. pag. 50. —

[11]) In inscriptionibus numeri, quibus nihil est additum, ad Boeckhii Corpus Inscriptionum Graecarum pertinent. —

[12]) ἑαύταν (βαρυτόνως) scribendum est, non ἑαυτάν (ὀξυτόνως) ut nr. 2166 c. lin. 12 μίκρον, non μικρόν, quoniam Aeoles, ut Latini et Germani, βαρυντικοὶ fuisse dicantur, cf. hac de re Boeckh. l. c. I. pag. 718 et Ahrens. l. c. I. §. 3. —

[13]) nr. 2166 b., nr. 2166 c. et nr. 2168 b. exstant ap. Boeckhium l. c. in Addendis ad Vol. II. pag. 1023 et pag. 1026. —

illud ἐς lapicidae vel apographis deberi pro vere Aeolico εἰς, quod alias in hujusmodi inscriptionibus ubique, ut modo vidimus, reperiri videtur; praesertim si reputaverimus, omnino hujusmodi in rebus librariorum fidem non raro esse incertam: sic e. g. etiam in titulo nr. 2195 lin. 6 Boeckhius secundum Pocockii apographum, ut videtur, ἐς αὐτούς praebet; Kiepertus vero (vide Boeckhium l. c. in Addendis ad Vol. II. pag. 1028) hoc loco εἰς αὐτούς tradit idque rectius fortasse, quippe cujus apographa, ipso Boeckhio l. c. pag. 1025 monente, omnino diligentissime facta sint.

Sed nihilominus equidem mihi non sumam, in titulo illo nr. 2166 τὸ ἐς δύν., quod etiam in Kieperti apographo ita scriptum exstat, in εἰς δ. mutare; etenim, si quid video in hac re, Aeoles fortasse, quamvis τὸ εἰς iis sollenne fuerit, tamen in locutionibus quibusdam certe et formulis, quo ipsum illud ἐς δύναμιν (pro viribus) revocaverim, breviorem formam ἐς productiori εἰς praeoptarunt, sicut Attici, de quibus infra sermo erit, in loquendi quibusdam modis constanter ἐς pro εἰς dixisse referuntur, ut in ἐς κόρακας, ἐς μακαρίαν, ἐς ὀλβίαν.

Praeterea inter inscriptiones epigramma quoddam Aeolice conceptum reperi in Boeckhii Corpore inscriptionum Vol. III. nr. 4725, in quo per metrum habes lin. 6 ἐςίδων et lin. 14 ἐςάκουσε, unde item perspicere licet, τὸ ἐς ab Aeolica vel Lesbiaca dialecto non plane alienum fuisse.

Eadem vero fere ratio, quam in titulis de praepositionis usu modo observavimus, etiam apud scriptores Lesbiacae dialecti, Alcaeum potissimum et Sappho, valuisse videtur. Quis enim dubitet, quin poetae illi Lesbii, quippe quum Aeolicam i. e. Lesbiacam dialectum satis accurate ac pure expresserint,[14]) etiam Aeolicum εἰς, quod ex inscriptionibus supra laudatis satis superque cognovimus, plerumque receperint? Id quod probare videntur exempla, quae in reliquiis eorum occurrunt.

---

[14]) cf. Ahrensium l. c. I. §. 2, 3 et II. in Addendis pag. 499. sq.

Sic in Alc. fragm. 13 (ap. Ahrensium l. c. I. in Appendice) traditum invenies *εἲς πόλιν;* in Sapphus fragm. 111 *εἲς οὐδένα πω χρόνον* et ibidem fr. 69, 2 *εἲς ὕστερον*, quo loco *τὸ εἲς* a Grotio, quem alii secuti sunt, additum est.

Sed quamvis in confesso sit apud Alcaeum et Sappho Aeolicam formam *εἲς* praevaluisse, tamen non facile quisquam merito sibi sumat, illis in hac re constantiam obtrudere. Quis enim omnino a poetis exigat, ut hujusmodi in rebus usque sibi constent? Nonne verisimile ac probabile est, metrum vel sonum vel aliam, quam perspicere nobis non semper liceat, rationem apud eos alicujus fuisse momenti, ut quandoque a consuetudine sua recederent exceptionesque aliquas admitterent? Id vero potissimum de formis *εἲς* et *ἐς* valere videtur, quarum neque una neque altera in ulla Graecae linguae dialecto sola reperitur; sed potius si una regnat, altera hic illic immiscetur, et vice versa; quod nunc sufficiat monuisse tantum, infra autem magis apparebit.

Quae quum ita sint, equidem non astipuler Ahrensio, qui in Alcaei fragmento 24, 3 pro tradito *ἐς*, quod Bergkius („POETÆ LYRICI GRÆCI“ edit. Lips. 1853) et Schneidewinus in Delectu poesis Graec. (271). retinuerunt, *εἲς* (*Γλαυκώπιον ἶρον*) scripsit, et in Sapphus fragmento 1, 19 vulgatam lectionem *ἐς σὰν φιλότατα* in *εἲς σὰν φιλ.* mutavit; quorum posteriore loco, si recte conjicio, euphonia poetriam commoverit, ut *ἐς* pro solito *εἲς* poneret. Propter similem enim terminationem paulo praecedentis vocabuli *μαῖς* vel *λαῖς*, [15]) quod Ahrensius e Seidleri conjectura dedit, *τὸ εἲς* minus gratum sonare videtur, quam *τὸ ἐς*: „*λαῖς ἄγην ἐς σὰν φιλότατα;*“ cui loco apte forsitan compares ex Aristophanis Acharnensibus v. 884 (edit. Imm. Bekkeri) *ἐνθεὶς ἂν ἐς τίφην*, Vesp. v. 1139 *κοὐ*

---

[15]) μαῖς Aeolicum est pro μᾷς (μάεις a μάω), item λαῖς i. e. Dorice λῇς (a λῶ, volo.). Apud Aeoles enim in iis verbis, quorum stirps in ᾱ exit, ut γελάω, in secunda persona sing. iota non subscriptum est, sed genuinam diphthongum effecit: vid. Ahrens. de dial. I. pag. 138 sq.

θαῦμά γ' ἐς Σάρδεις,[16]) et e Ranis v. 460 *χωρεῖς γὰρ ἐς τὸ δίκαιον*, ad quem locum Brunckius (v. 641.) adnotat: „*χωρεῖς γὰρ ἐς τὸ* — Sic duo codd. Vulgo *χωρεῖς γὰρ εἰς*, quod ingratum quid sonat."

Praeter duos autem illos locos, Alc. fr. 24, 3 et Sapph. fr. 1, 19, etiam unus exstat in Sapphus fragmento 44, 3, ubi ob metri legem cum Ahrensio aliisque *ἐςέρχεται* scribendum esse videtur pro *εἰςέρχεται*, quod Demetrius de Eloc. CLXVIII tradit. His vero exemplis ex Alcaeo et Sappho allatis etiam addi possunt e Theocriti idyllio XXVIII Aeolice scripto (Scholiastes in argumento ad h. idyll.: *γέγραπται δὲ Αἰολίδι διαλέκτῳ.*) v. 3 *πόλιν ἐς Νείλεω ἀγλαάν;* et vs. 9 *εἰς ἀλόχω χέῤῥας*, et. v. 15 *εἰς ἀκίρας οὐδ' ἐς ἀέργω* — *δόμοις* (i. e. *δόμους* ex antiquo *δόμονς* cf. Ahrens. l. c. I. §. 10, 4.)

Hactenus de scriptoribus Aeolicae dialecti.

Jam denique nobis quaerendum est, grammatici quid prodant de praepositionis scriptura apud Aeoles.

Praeterquam quod illi Aeolicum afferunt *εἰς τὲ* — ut Gregorius Corinthius de dial. Aeol. §. XLIII, pag. 615 edit. Schaeferi — quod quidem potissimum ad Aeolicum *τὲ*[17]) pro *σὲ* pertineat, quodammodo vero etiam ad praepositionem *εἰς* referendum est, nihil, quantum scio, nominatim hac de re ab iis praecipitur. Sed inde maxime intelligere licet, Aeolicam dialectum a vulgari more *εἰς* usurpandi in universum quidem non discessisse. De aliis enim dialectis, quibus pro communi

---

[16]) His enim Aristophanis locis item forma εἰς, quam Elmsleius contra optimorum librorum auctoritatem praetulit, auribus minus blanditur, quam vulgo traditum ἐς, et quidem priore loco propter praecedens vocabulum ἐνθεὶς, in posteriore autem ob sequens Σάρδεις; atque hac ipsa de causa equidem suspicor hh. ll. a poeta τὸ ἐς praeoptatum esse τῷ εἰς, quod alias, ut infra docebimus, apud eum in universum quidem regnasse videtur. —

[17]) De enclitica forma τέ apud Lesbios pro σέ cf. Ahrens. l. c. I. §. 23, 2.

εἰς alia forma, ut ἐς vel ἐν c. accus., familiaris fuit, quod infra apparebit, grammatici hoc idioma apertis verbis designant.

Postremo afferam, quae Ahrensius l. c. I. pag. 151. observavit: „Praepositio εἰς, quae ex ἐνς (vid. §. 10. not. 1.) nata recte apud Aeoles eam formam plerumque servat, raro corripitur, ut ἐςέρχεται S. 44, ἐς ἀέργω Theocr. 28, 15.“

Ex his igitur, quae disputata sunt, satis efficitur, Aeolicae vel potius, ut accuratius loquamur, Asianae Aeolicae dialecto εἰς proprium fuisse, τὸ ἐς autem ab ea non plane esse abjudicandum.

Multo aliter haec res sese habet apud Boeotos, quos item Aeolica quidem dialecto, sed alio ejus genere usos esse supra jam monuimus. Iis enim pro εἰς peculiaris fuisse videtur forma ἐν, quae accusativum additum habens haud dubie nata est, ς in fine abjecto, ex antiquiore ἐνς (vide supra); cujus proprietatis cognitio maxime e genuini Boeotismi inscriptionibus hauritur, in quibus tradita leguntur: nr. 1569 c. lin. 4 ἐν τὰν προβασίαν; ibid. ἐν τὸν; — lin. 6 et lin. 8 ἐν τὸν ἄετον; lin. 7 et lin. 10 ἐν τὸν ὅρον; lin. 15 ἐν τὸ μέσον. — nr. 1571 lin. 13 ἐν τὸν θησαυρόν, ad quem locum Boeckhius (Vol. I. pag. 755) annotavit: „Retinui vero ἐν pro εἰς ex veteri et nota dialecto.“

Praeterea in Copensi titulo nr. 1574 lin. 2 cum Ahrensio (l. c. I. pag. 213) rectius supplendum esse videtur ἀπεγράψαντο ἐν ὀπλίτα(ς) quam cum Boeckhio ἐν ὀπλίτα(ις); quae suspicio maxime confirmatur, ut idem Ahrensius l. c. II. pag. 525 in Add. jam observavit, Copensis tituli frustulo apud Ulrichsium in Itinere Graeco Vol. 1. pag. 203 τοὶ ἀπεγράψαντο ἐμ πελτοφόρας.

Denique ἔν pro εἴς in compositione reperitur in titulo Orchomenio nr. 1569 a III., ubi lin. 54 ἔμπρακτος habes pro εἴςπρακτος, de qua voce Boeckhius C. I. Vol. I. pag. 725 de

dial. Boeotica § 14: „*Minime mirum* ἔμπρακτος *pro* εἴςπρ. *nr. 1569 a III. si quidem* ἐν *pro* εἰς *satis notum est.*"

Secundum huius autem, ut videtur, compositi analogiam Dobraeus in eodem titulo lin. 49. supplevit [ἐμπράτ]τη, quo tamen loco, quippe quum e Visconti apographo quatuor literarum sit lacuna, Boeckhius solum [πράτ]τη dedit;[18]) Osannus vero in Sylloge Inscript. pag. 193. εἰςπράττη coniecit, pro quo ex Boeckhii sententia (C. I. Vol. I. pag. 745) exspectabas ἐςπράττη, ut ἔςγονος.

Sed me iudice, si omnino compositum hic desideratur, neque εἰςπράττη, neque ἐςπράττη, verum potius τὸ Dobraei ἐμπράττη praeferendum est et quidem ex analogia τοῦ ἔμπρακτος p. εἴςπρακτος.

His autem inscriptionibus grammatici accedunt, qui diserte testantur, Boeotos ἐν quarto casui adiunctum usurpasse pro εἰς. Sic in Crameri Anecdotis Graecis I, 176, 3: *τὸ ἐνδεξιὰ εἰ μὲν ἀναγνῶμεν ὀξυτόνως, ἐστὶ τὸ καλούμενον Βοιωτικὸν σχῆμα· Βοιωτοὶ γὰρ τὴν ἐν πρόθεσιν συντάσσουσιν αἰτιατικῇ· ἴδετ' ἐν χορὸν Ὀλύμπιοι. Πίνδαρος.* (Dithyr. fragm. 3. v. 1) —

Ibidem 169, 19. *ἡ ἐν κατὰ μὲν συνήθειαν συντάσσεται δοτικῇ, κατὰ δὲ Ἀττικοὺς γενικῇ, κατὰ δὲ Βοιωτοὺς καὶ αἰτιατικῇ· οὕτως γὰρ ἔχει καὶ τὸ παρὰ Πινδάρῳ. ἴδετε δ' ἐν χορὸν Ὀλύμπιοι· καὶ παρὰ τῷ ποιητῇ ἐὰν ἀναγνῷς ἐνδεξιὰ ὀξυτόνως, τὴν τῶν Βοιωτῶν δέδωκας σύνταξιν.*

Boeotorum igitur ἐν c. acc. pro εἰς fuisse satis constat. Quare etiam in dubium vocandum non est, quin Corinna, poetria illa Tanagraea, quae sola, quantum scimus, Boeotica dialecto utebatur, proprietatem illam Boeotorum in scripta sua receperit. Maxime igitur doleo, quod in eius, quae supersunt, fragmentis ne ullum quidem praepositionis nostrae vestigium detegere potui; etenim tum, quod nunc cuipiam for-

---

[18]) Boeckhio assentitur Franzius in Elementis epigraphices Graecae pag. 198.

tasse incertum videatur, manifeste appareret, Schneidewinum in Delectu poes. Graec. pag. 436. et Bergkium in libro „Poetae lyrici Graeci ed. pr. Lips. 1843“ pag. 815. not. ad fr. 23. errasse, quum versum illum: *Τοίουτος εἲς Θήβας πάϊς ἀρμάτεσσ' ὀχήμενος* (Hephaest. pag. 81.) Corinnae tribuant, quae poetria ex Boeotorum usu sine controversia *ἐν Θείβας*[19]) scripsisset. Qua ipsa de causa etiam Ahrensius l. c. II. Addend. pag. 547. recte tradito *Θήβας* ex noto Aeolismo in *Θήβαις* (e *Θήβανς*, cf. Ahrens. l. c. I. §. 10, 4.) mutato, cum Blomfieldio Lesbiacum poetam huius versus auctorem agnoscere mavult.

Sed quod in Boeoticis aliquot inscriptionibus *εἲς* forma exstat, ut nr. 1570. a. lin. 42. *εἲς στήλην*, lin. 46. *εἲς τὴν στήλην*; nr. 1585 lin. 6. 8. *εἲς τὸν Αὐτοκράτορα*, lin. 7. *εἲς Μούσας*, lin. 9. *εἲς τὰς Μούσας*, aliasque, hoc titulorum aetati tribuendum est. Etenim qui recentioris sunt aetatis, quo ipsi illi modo laudati pertinent, nihil fere e peculiari Boeotorum dialecto retinentes vulgarem Graecitatem praebent,[20]) itaque etiam vulgare *εἲς* pro antiquiore peculiarique Boeotico *ἐν* in titulis illis mirum esse non potest.

Pro communi autem *εἲς* apud recentiores Boeotos forma quoque *ἲς* in usu fuisse videtur, quod quidem perspicere licet e titulo nr. 1625, in quo lin. 18. scriptum habes *ἲς δώδεκα σταδίους*, lin. 62. *ἲς ἐπόψημα*, lin. 78. *ἲς προεδρίαν*. In eodem titulo, ut moneam, in aliis quoque vocibus frequenter *ī* pro

---

[19]) Mutatio enim literae η in ει Boeoticae dialecti est idiotismus. Sic. Aristoph. Acharn., ubi Boeotus loquitur, habes vs. 862. et 911. Θείβαθεν, vs. 868. Θείβαθι (vide Brunck. ad. Arist. Acharn. vs. 867.). Et in Boeoticis titulis reperiuntur: nr. 1593. lin. 4. et lin. 10. Θειβήω (Genit. a Θειβῆος pro communi Θηβαῖος); nr. 1583. lin. 8. 12. 24. Θειβεῖος e duplici Boeotismo cf. Boeckh. C. I. Vol. I. pag. 720/21 de dial. Boeot. §. 5. —

[20]) In literis Boeotos circa Olymp. 130—145. peculiari sua dialecto uti desiisse Joannes Franzius monuit in Elementis epigraphices Graecae (Berolini 1840) pag. 184.

ει occurrit, velut lin. 19. πρεσβίας, lin. 23. πρεςβίαν, lin. 26. ἀξιωθὶς pro ἀξιωθείς, lin. 27. πεμφθίσης; lin. 32. ἔπιτα, lin. 37. καταστάθὶς, lin. 49. δῖπνα; lin. 50. κατὰ τάξις; lin. 60. δῖπνον; lin. 70. μαρτυρῖσθαι.[21])

Hoc recentiorum Boeotorum idioma ῑ pro ε̄ι usurpandi Boeckhio (C. I. Vol. I. pag. 792.) magis ex pristina Boeotorum vocales permutandi ratione (cf. eundem l. c. p. 723. de dial. Boeot. §. 9.) retentum videtur, quam saeculi barbariei tribuendum, idque recte, quantum equidem iudico.

Eandem, ut occasione data hic interseram, ἰς pro εἰς scribendi rationem in aliarum quoque gentium aliquot titulis observatam videmus. Huiusmodi vero inscriptiones, quas omnes fere ex Boeckhii Corpore inscriptionum diligenter collegi, hic enumerare mihi liceat.

INSCRIPTIONES MACEDONIÆ:

nr. 1981. lin. 6/7 ἰς τὴν ληνόν.

INSCRIPTIONES CARIÆ:

nr. 2715. a. (script. paulo ante a. 22. p. Chr.) lin. 4. ἰςφέρεσθαι ἰς τήν-, lin. 10. 11. 22. ἰς τοὺς ἐφήβους, lin. 12. ἰς αἰῶνα. — nr. 2719. lin. 6. ἰς Ῥώμην. — nr. 2728. lin. 9. ἰς τὴν ἰδίαν ὀστοθήκην. — nr. 2850. c. (in Add. ad Vol. II. pag. 1118.) lin. 3. ἰς τὸν...φίσκον, lin. 7. ἰς τὸ χρεωφυλάκιον. — nr. 2950. lin. 4. ἰς τὰ ἀρχεῖα.

INSCRIPTIONES LYDIÆ:

nr. 3029. lin. 10. ἰς τὸ ἐν Ἐφέσῳ ἀρχεῖον; quo in loco Chishullus ΕΙΣ tradit, Hesselii vero, Horstii, Egmondii apographa ΙΣ praebent, quod Boeckhius retinuit, quum illud non sit rarum (vide eum ad h. l. Vol. II. pag. 624). — nr. 3173. (tit. Smyrnaeus, qui pertinet ad a. 80. p. Chr.)

---

[21]) Nec tamen hic usus sibi constat; etenim lin. 28. comparet πρεσβείαν, lin. 75. πρεσβείᾳ et lin. 81. etiam εἰς τὴν πόλιν. —

lin. 15. *ἰςηλύσια*, de qua voce Boeckhius l. c. Vol. II. pag. 723.: „et manifesto *ἰς-ηλύσια* nihil aliud est, nisi „*εἰςηλύσια*, ex *ἤλυσις* formatum, ut nr. 3728. (lin. 5.) in „Smyrnaeo titulo est *εἰςήλυσις*. *ΙΣ* pro *εἰς* Smyrnae „nr. 3357. 3400." — nr. 3357. lin. 9. legitur *ἰς τὸ ἐν Σμύρνῃ ἀρχεῖον*, ad quem locum Boeckhius (pag. 781) observavit: „*ΙΣ* (p. *εἰς*) diserte Chandlerus idque confir- „matur exempli C annotatione, sed Prideauxius *ΕΙΣ*. „*ΙΣ* p. *εἰς* haud rarum est, ut in epitaphio nr. 3400 et „nr. 3173." In epitaphio autem nr. 3400. lin. 9. *ἰς τὸ ἀρχεῖον* exstat. — His addam nr. 3265. lin. 7. *ἰς τὸν φίσκον*, ibid. lin. 8. *ἰς τὴν πόλιν*. — nr. 3312. lin. 8. *ἰς αὐτόν*. — nr. 3516. b. (script. circa a. 120. p. Chr.) lin. 3. *ἐτέθη ἰς τὸ ἀρχεῖον*. Boeckhius ad h. l. (pag. 843): „Peyssonelius, Akerbladus *ΤΕΘΗΕΙΣΤΟΑΡΧΕΙ*, Spanhemius *ΤΕ ΟΙΗΣΤΟΑΡΧΕΙ*, Prokesch. *ΤΕΟΗΙΕΥΟΑΡΧΕ*, unde confirmatur Sherardi *ΙΣ*." — nr. 3516. c. lin. 8. *ἰς σοροῦ ἐπίθεσιν*.

INSCRIPTIONES MYSIÆ:

nr. 3583. lin. 3. *ἰς τὸν φίσκον;* quo in loco, monente Boeckhio (pag. 875.), Muratorius *ΙΣ* tradit non *ΕΙΣ*. Villoison. falso *ΕΙΣ* pro *ΙΣ*. — nr. 3588. c. (Add. ad Vol. II.) lin. 3. *ἰς τὸ ἱερὸν*.

INSCRIPTIONES SARMATIÆ:

nr. 2114. bb. (Add. ad vol. pag. 1095. script. a. 81. p. Chr.) lin. 13 *ἰς τὴν προςευχήν*.

INSCRIPTIONES PHRYGIÆ:

nr. 3863. (Vol. III.) lin. 5. *ἐπιςοίσει*. — nr. 3902. l. lin. 12., nr. 3902. m. lin. 11., nr. 3902. q. lin. 9. *ἰς τὸν φίσκον*. —

INSCRIPTIONES GALATIÆ:

nr. 4142. lin. 12. *ἰς τὸν τόπον*.

INSCRIPTIONES LYCIÆ:

nr. 4246. lin. 6. *ἰς τὴν-ταφὴν;* lin. 10. *ἰς τὴν....* — nr. 4264. lin. 13. *ἰς τὸ μνημεῖον.* — nr. 4299. lin. 6. *ἰς δέ....*, lin. 10. *ἰςοίσει.*

INSCRIPTIONES CILICIÆ:

nr. 4422. lin. 8. *ἰς τὸν φίσκον.*

INSCRIPTIONES ÆGYPTI:

nr. 4716. c. (script. a. 98. p. Chr.) lin. 17. *ἰς τὸ ἱερόν.*

INSCRIPTIONES ÆTHIOPIÆ:

nr. 5128. (script. paulo ante a. 356. p. Chr.) lin. 17. *ἰς χορτασίαν*, ad quem locum a Franzio, qui tertium Boeckhii Corporis Inscript. Volumen edidit, adnotatum video (p. 516): „Deinceps dedimus *πάντας ἰς χορτασίαν*, etsi „Saltius expressit *ΠΑΝΤΑϾΙϹ* cet. Formam *ἰς* (p. *εἰς*) „habes etiam v. 25;“ ubi traditum exstat *ἴς τινα τόπον.*

INSCRIPTIONES SICILIÆ:

nr. 5465. (titulus infimae aetatis est) lin. 3/4 *ἰς τὸν πυλῶνα ἰςερχομένων ἰς δεξιά.*

INSCRIPTIONES CHRISTIANÆ:

nr. 8704. (script. circ. a. 1027. p. Chr.) lin. 19. *ἰς τὸ*; lin. 33. *ἰς τὰ....* — nr. 8766 (script. circ. a. 1325. p. Chr.) *ἰς μετόχι.*[22]) — nr. 9131. *ἰς κώλπης.*[23]) — nr. 9473. lin. 3 *ἰς τὸν κόσμον.* — nr. 9609. lin. 2. *ἰς εἰρήνην.* — nr. 9639. et nr. 9643. *ἰς θεόν.* — nr. 9644. lin. 6. *ἰς τοὺς αἰῶνας.* —

---

[22]) μετόχι i. e. μετόχιον, cui compares illud ποδάρι, quod, Franzio monente (Elem. epigraph. Graec. pag. 248.) ‚Graeci hodierni vel potius plebes ex voce ποδάριν (ποδάριον) extremo compendio usurpare solent; item ἔρι pro ἔριον, quod Mullach. Gram. d. Griech. Vulgarspr. pag. 67. laudavit e Phileta ap. Strab. VIII. pag. 364. (159. Kram.). —

[23]) ἰς κώλπης haud dubie est εἰς κόλπους.

— nr. 9686. lin. 2. ἴς δεξιά, lin. 3. ἴς τόπον. — nr. 9704. lin. 6. ἴς ἐμέ, lin. 5. ἴς τὸ ἅγειον μαρτύριν.[24]) — nr. 9705. ἴς ἀνάπαυσιν. —

Postremo mentionem fecerim Theraei tituli nr. 2459. Dorice scripti, in quo lin. 4. secundum Boeckhii testimonium fida exempla omnia habent *ΤΑΣΙΣ*, etsi Osannus (Syll. Inscr. pag. 382. VI.) edidit *ΕΙΣ*, et sic Pittacus semel; sed in altero apographo *ΙΣ*.

Theraeum autem ἐς novimus ex Epictetae titulo nr. 2448. Quare cum Boeckhio h. l. recte restituendum esse videtur ἐς (αὐτόν).

Haec igitur de forma ἴς pro εἰς.

Iam ad Boeoticam dialectum redeamus. De ea autem iis, quae supra iam disputavi, nihil habeo, quod adiiciam praeter hoc unum: Sententiam enim, quam Boeckhius C. I. Vol. I. pag. 725. protulit: „Εἰς veteribus Boeotis est ἐς, quod patet e composito ἔσγονος“, equidem ut probem a me impetrare non possum. Namque illud ἔσγονος, quod in titulis Tanagraeis nr. 1562. lin. 4. (ἐσγόνως),[25]) item nr. 1563. a. lin. 4. et 1563. b. lin. 6., et denique in Orchomenio nr. 1564. lin. 8. legitur, pro ἔκγονος[26]) dictum est ex Boeotorum usu, qui praepositionem ἐκ vel ἐξ ante sequentem consonam in ἐς mutaverunt, quod ante vocalem in ἐσσ transiit. Cuius proprietatis testes sunt grammatici. Sic in Crameri Anecdotis I. 172. 14. συνεμπίπτει δὲ ἡ ἐς πρόθεσις καὶ ἄλλῃ Βοιωτικῇ προθέσει τῇ ἐξ. ἐς Μουσῶν· ἀντὶ τοῦ ἐκ Μουσῶν· ἂν δὲ φωνῆεν ἐπιφέρηται, διὰ δύο

---

[24]) μαρτύριν, ut moneam, est pro μαρτύριον, veluti Ἄκεσιν pro Ἀκέσιον nr. 511. (in Add.); Καλλίστιν p. Καλλίστιον ib. nr. 1889 aliaque. Senescens enim Graecitas exitus nominum — ιον et — ιος contraxit in ιν et — ις, vide Franzium Elem. epig. graec. pag. 248., ubi ille etiam ipsum μαρτύριν p. μαρτύριον e tit. ap. Burckh. Itin. I. pag. 355. affert.

[25]) ἐσγόνως est acc. plur. pro ἐσγόνους ex antiqua terminatione ονς cf. Ahrens. l. c. I. pag. 201. —

[26]) non pro ἔγγονος, ut Boeckhius l. c. pag. 725. b. §. 14. suspicatur. —

σσ: ἐσσ' Ἀρχιπτολέμου. — Ibid. I. 160. 19. *ἐξ παρὰ Βοιωτοῖς λέγεται ἐς, συμφώνου ἐπιφερομένου· ἐὰν δὲ καθαρεύῃ, εἰς δύο σσ. Ἔσσαρχος ποταμός.* Inde igitur illud *ἔςγονος* pro *ἔκγονος* satis certum est; id quod etiam confirmant Ahrensius l. c. I. pag. 214, Osannus Syll. Inscript. pag. 184 not. 7,[27] et Lobeck. Patholog. I. pag. 610.[28])

---

[27]) Sed quum Osannus l. c. notam ascripserit: „Suppetit tamen nihil, quod huic formae (scil. ἔςγονος p. ἔκγ.) sanequam inauditae comparem" — equidem facere non possum, quin exempla analoga, quorum aliquot reperi, hic commemorem. Sic in inscriptione Tegeatica — a. 1859. ut obiter moneam, inventa et ad Arcadicam dialectum illustrandam utilissima — quam praeter alios Adolf. Michaelis „Jahn's Jahrbücher" Leipz. 1861. Bd. 83. pag. 586. sq. edidit, lin. 6. traditum exstat ἐςδοτῆρες p. ἐκδ. lin. 7. ἐςδοθέντων lin. 15. iterum ἐςδοτῆρες, quod etiam repetitur lin. 18. et lin. 50.; lin. 16. ταῖς ἐςδόσεσι· lin. 42. τᾶς ἐςδοχαῦ i. e. ἐκδοχῆς, cf. Michaelis l. c. pag. 592.; lin. 51. ἐςδέλλοντες i. e. ἐκβάλλοντες (δέλλω, ζέλλω, βάλλω, ut δέρεθρον, ζέρεθρον, βάραθρον cf. Michaelis l. c. pag. 591.); lin. 53. ταῖς ἐςδοχαῖς i. e. ἐκδοχαῖς· lin. 54. ἐςδοθῆ· praeterea lin. 56. habes ἐπές i. e. ἐπέκ (cf. παρέκ, ὑπέκ), et lin. 51. ἐς τοῖ ἔργοι i. e. ἐκ τῷ ἔργῳ (cf. Michaelis l. c. pag. 593.), quo in loco etiam ἐς (ἐκ) cum dativo coniunctum in suo genere singulare notandum est. — Praeter Arcades autem et Boeotos, ne praetermittam, Thessali quoque ἐς pro ἐκ dixisse videntur, quod quidem coniicere licet e composito illo ἔςγονος (pro ἔκγονος) in Thessalicae dialecti titulo quodam ap. Ahrensium de dial. II. Add. pag. 529. Nro. 2. lin. 18.; cf. eundem l. c. pag. 535. — Postremo hic adiecerim Hesychii glossas illas: ἐσποθερπές (sic. Cod.) πόθεν ἥκεις· Πάφιοι. et ἐσπομένου· ἀποσπоῦντος, ἁρπάζοντος· in quibus haud dubie praepositio ἐς p. ἐκ latet, ita quidem, ut ἐςποθερπές sit ἔσποθ' ἕρπες — ἔςποθε i. e. ἔκποθε, ποθέν, et ἕρπες pro ἕρπεις, quemadmodum λέγες p. λέγεις similia cf. Ahrensium l. c. II. pag. 175. sq. — pro altera autem glossa M. Schmidtius in Hesychii edit. Jenae 1860 s. v. recte coniecit ἐσσπωμένου· ἀποςπῶντος· pro ἐκσπ.

[28]) Ibidem Lobeckius Hesychii glossam illam ἐςποθερπές· πόθεν ἥκεις commemorat eamque non Paphiis tribuit, sed Boeoticam esse suspicatur. Quod si verum est, illud ἐσποθερπές corrigendum esse videtur in ἔςποθ' ἕρπις, ut λέγις pro λέγεις cf. Ahrens l. c. I. §. 40, 3. Sed tamen equidem Hesychii illud Πάφιοι non attentaverim. Nam quum constet Cypricam dialectum cum Arcadica communem habuisse usum praepositionis ἰν pro ἐν et εἰς, (vide M. Schmidt. „Kuhn's Zeitschrift" Bd. IX. pag. 369. et Ad. Michaelis, „Jahn's Jahrbuecher" Leipz 1861. Bd. 83. pag. 596.), praeterea τοῦ sigma mutationem in spiritum asperum (vid.

Ex his autem unusquisque facile intelliget, Boeckhii sententiam modo laudatam nihil valere.

De Boeotica vero dialecto quum satis disputasse mihi videar, iam ad tertium denique, quod Thessali efficiunt, Aeolicae dialecti genus accedamus.

De Thessalica quidem dialecto in universum propter monumentorum inopiam, quippe quum neque ullus scriptor, quantum scimus, ea usus sit, neque grammatici nisi rarissime eius mentionem fecerint, neque etiam multae genuini Thessalismi inscriptiones exstent, perpauca tantum cognita habemus; sed ad nostram rem quod attinet, e paucis, quae in aliquot titulis reperiuntur, exemplis iam satis apparet, Thessalis praepositionem *ἐν* cum accusativo iunctam pro *εἰς* cum Boeotis communem fuisse.

In titulis enim Thessalice conceptis apud Ahrensium l. c. II. Add. pag. 528 sqq. invenies Nro. 1. lin. 10 *ἐν κίονα*, lin. 11. *ἐν τὸ Ἀσκλαπιεῖον;* et Nr. 2. lin. 24. *ἐν κίονα.*

Sed, ut moneam, si quis forte etiam titulos illos Thaumacenses in Boeckhii Corpore Inscript. nr. 1771., nr. 1772., nr. 1773. huc referat, in quibus item forma illa *ἐν* nonnunquam occurrit, sciat, eos huc non pertinere, quippe non Thessalica dialecto, sed Doricae potius, cui illud *ἐν* cum Boeotis Thessalisque, ut infra docebimus, commune erat, quodam genere utuntur, id quod Ahrensius l. c. I. §. 54. observavit. — Inscriptiones vero Thessalicae, quae non *ἐν* sed *εἴς* vel *ἐς* praebent, ut nr. 1770. lin. 4. *εἰς ὑμᾶς*, lin. 9. *εἰς τὸ δημόσιον;* nr. 1776. lin. 5. *εἰς αὐτήν* (Lucas *ΙΣ* tradit p. *ΕΙΣ*), et nr. 1786.

M. Schmidt. l. c. pag. 367. et Ahrens. de dial. I. pag. 232.), inde facile collegeris, etiam praepositionem ἐς pro ἐκ utrique dialecto communem fuisse. — De forma autem ἕρπες pro ἕρπεις conf. Schmidt l. c. pag. 366. —

lin. 5. ἰς τὸ ταμεῖον, vulgarem dialectum prae se ferunt, quam rationem in Boeoticis quoque titulis supra iam cognovimus.

Haec igitur habui de Aeolica dialecto in universum quae dicerem.



Caput 2.

IN DORICA DIALECTO QUOMODO PRÆPOSITIO SCRIPTA SIT.

Huius quoque dialecti, ut praemoneam, varia enumerari possunt genera, sed tamen ea ad duo potissimum haec sunt redigenda, ad severius, quod vocatur, genus et ad mitius;[29]) quorum priore utebantur Lacones, Italiotae Dorici (inter eos de Tarentinis potissimum constat eorumque colonis Heracleensibus) deinde Cretenses et Cyrenaei; altero vero omnes, ut videtur, reliqui, quicunque Dorice locuti sunt, cf. Ahrens. l. c. II. pag. 5 sq.

In his igitur singulis generibus iam nobis quaerendum est, quae sit de praepositionis εἰς scriptura ratio.

A severiore Doride ut initium capiam, secundum analogiam in ea ex antiquo ἐνς exspectabas ἠς ortum esse.[30])

---

[29]) Haec duo genera eo maxime inter se discedunt, quod severior Doris saepe secundum certas quasdam leges, de quibus Ahrensius l. c. II. §. 20 et §. 25 exposuit, longas vocales η et ω profert pro diphthongis ει et ου (ut ἧς pro εἰς, λόγω pro λόγου), quas mitior Doris cum Iade et Atthide communes habere solet. Cf. etiam Mullach. Griech. Vulgarspr. pag. 7.

[30]) Severior enim Doris, ubi ν ante sequens σ eiectum est, praecedentem vocalem ε in η producit, e. g. ἧς (ex ἕνς pro εἰς) in tabulis

Neque tamen in huius dialecti fontibus ullum *τοῦ ἦς* vestigium reperiri videtur, cf. Ahrensium l. c. II. pag. 359, ubi observavit, apud Dorienses nunquam *ἦς* in usu fuisse. Sed nihilominus equidem non dubito, quin certe apud unum vel alterum, qui severiore Doride usus est, populum illud *ἦς* exstiterit; quae suspicio confirmatur loco, quem citatum inveni ab Aug. Meinekio in libro „FRAGMENTA COMICORUM GRÆCORUM" Vol. III. pag. 137. Scholiastes enim Victorii ad Iliad. *ψ'* 7. adnotavit: *μὴ δή πω: ἡ διπλῆ, ὅτι ἀντὶ τοῦ μηδέπω. ὡς τὸ εἰς κόρακας. Λοκροὶ δὲ οἱ πρὸς τῇ Ἰταλίᾳ χρῶνται τῷ η̄ ἀντὶ τοῦ ε̄.* Quibus in verbis haud dubie pro *εἰς κόρακας* cum Meinekio l. c. *ἦς κόρακας* scribendum est locusque ita interpretandus: „ut Homerus *μὴ δή πω* dixit pro *μηδέπω*, vocali ε̄ mutata in diphthongum η̄, ita Locrenses Epizephyrios *ἦς κόρακας* dixisse pro *ἐς κόρακας*". [31])

Heracleensibus I. lin. 136. (ap. Boeckh. C. I. nr. 5774.) et apud Rhinthonem Tarentinum οὐδ' ἦς κύων pro εἰς κ. secundum grammaticum in Crameri Anecdotis I. 171, 19. cf. Ahrens. l. c. pag. 154. sq. Fortasse etiam illud ἦς, ut obiter moneam, restituendum est in Theocriti idyllio XI. v. 33. ἦς δ'ὀφθαλμός, quod quidem Koenius probare videtur ad Gregorium Corinthium pag. 278. (edit. Schaeferi), e codice MS. Regio a Ruhnkenio collato afferens glossam in margine adscriptam: γρ· ἦς διὰ τοῦ η, τροπῇ τοῦ ε̄ εἰς η̄, καὶ προσγραφομένου τοῦ ῑ. — Praeterea afferam illud μῆς in tabb. Heracl. I. lin. 1., ex antiquiore μένς (mensis) natum pro μήν. —

[31]) Huic sententiae accedunt Schneidewinus „Philol. I. pag. 156. sq. et Dindorf. in Stephan. Thes. Gr. ling. Addend. ad. pag. 1825.; quorum verba integra hic apponere operae pretium erit:

Sic Schneidewin. l. c. „Ueber den dialect der epizephyrischen Lokrer sind wir nicht bestimmt unterrichtet, so wenig wir steinschriften derselben besitzen. Inzwischen so viel laesst sich aus schwacher, aber sicherer spur abnehmen, dass sie mit andern Italioten die herbere dorische mundart theilten. Diese unserm Ahrens entgangene spur giebt der schol. Victorii Il, Ψ, 7. an die hand: Μὴ δή πω etc. Dass ἦς κόρακας gemeint sei, erinnerte Meineke com. poett. III. 137. Wie wir nun auf den tafeln von Heraclea und bei Rhinthon von Tarent ἦς statt εἰς finden vergl. Ahrens Dor. p. 154, so ging bei den Lokrern — natuerlich auch bei andern theilnehmern am strengen dorismus — das urspruerg-

Apud Locrenses igitur Epizephyrios τὸ ἧς[32]) pro εἰς in usu fuisse verisimile est.

Aliae vero quae ad severiorem Doridem pertinent, gentes, ut Heracleenses, Lacones, Cretes, Cyrenaei, pro ἧς breviorem formam ἐς praetulisse videntur, quantum ex eorum, quae supersunt, literarum monumentis coniicere licet.

Sic Laconibus, ut ab iis exordiar, quos severiore Doride certe antiquioribus temporibus ante annum ducentesimum a. Chr. usos esse constat (cf. Ahrens. l. c. II. pag. 405), τὸ ἐς proprium fuisse, primum ex Aristophanis Lysistrata perspicitur, in qua fabula v. 156 (ed. Brunck.) habes παρεσιδών et v. 1244 ἐς τὼς Ἀσαναίως τε κῆς[33]) ἡμᾶς[34]) ἅμα; quibus locis Lacaena quaedam et Laco patrio sermone utentes loquuntur.

Neque minus e Spartanorum decreto in Timotheum, quod Maittaire edidit „GRÆCÆ LINGUÆ DIALECTI" pag. 287 sq.

---

liche ἑνς nicht in εἰς, ἐς oder ἐν, sondern in ἧς. Merkwuerdig ist aber das anreihen dieser bemerkung an die formel ἧς κόρακας, die nach spuren Aristophanischer handschriften in die gewöhnliche rede gedrungen sein mag."

Dindorf l. c.: „Pro ἐςκόρακας ap Aristoph. Vesp. 982. in libris optimis ἠσκόρακας scriptum in uno ἧ'σκόρακας, qui ἧ'σκόρακας ib. 852; ubi Ven. ἧ σκόρ. Quae memorabilis est scripturae diversitas propter annotationem schol Vict. ad. Hom. Il. Ψ, 7: Μὴ δή πω etc, ubi ἧς κόρακας recte corrigere puto Meinekium Com. Vol. 3. pag. 137."

[32]) Formam ἧς etiam reperi in duabus inscriptionibus Christianis in Boeckhii Corpore Inscript. Vol. IV. nr. 8853. (in lapide Romae effosso) lin. 3. ἧς τὸ παλουμβάριν et nr. 8932. lin. 2. ἠςελεύσοντε pro εἰςελεύςονται, quod ipsum legitur 8930. et nr 8931. Haec tamen ratio videtur negligentiae cuidam vel potius peculiari pronuntiationi originem debere; compares ἠρήνην nr. 9607. lin. 2. pro εἰρήνην.

[33]) κῆς ex καὶ ἐς, quod hoc loco Brunckii codices Regii praebent, natum est secundum Doricam contractionis quandam legem, vide Ahrensium l. c. II. pag. 220. sq.

[34]) Ahrensius, l. c. II. pag. 261. Aristophanem h. l. Atticum ἡμᾶς tolerasse non credit, sed suspicatur hanc genuini αὐτῶς interpretationem esse: ἐς τὼς Ἀσαναίως τε κῆς αὐτῶς ἅμα.

ed. Reitzii (Hagae-Comitis 1738), [35]) patet ἐς Laconum fuisse. In eo enim leguntur ἐττὰν ἀμετέραν πόλιν, ἐττὸν ἀγῶνα, ἐττὰν Σπάρταν, [36]) i. e. ἐς τὰν, ἐς τὸν, quemadmodum βεττὸν [37]) pro βεστὸν sive ἐστὸν; namque Laconum erat proprietas ττ ponendi pro στ, qua de re conferas Ahrensium l. c. II. p. 103.

Sed quod in Laconicis aliquot titulis non ἐς, verum εἰς reperitur, ut nr. 1318. lin. 6. εἰςηγησαμένου; nr. 1328. et nr. 1329. lin. 2 εἰς τὴν Λακεδαίμονα; nr. 1334. lin. 11. 12. et nr. 1335. lin. 19. 20. εἰς στάλαν λιθίναν, εἰς τὸ ἱερόν, aliasque, hoc inde explicatur, quod tituli illi vulgari dialecto aut mitiore Doridis genere [38]) concepti sunt. In mitiore autem Doride, quod infra docebimus, aeque ac vulgari in Graecitate, plerumque τὸ εἰς regnavit.

Iam vero ad Heracleenses accedam, quibus item τὸ ἐς familiare fuit, ut tabulae Heracleenses [39]) satis docent, quae exempla sola τοῦ ἐς praebent haec:

---

35) praeterea illud decretum invenies ap. Mullach. „Griech. Vulgarsprache." pag. 6 sq.

36) Pars quidem librorum lectioni ἐν τὰν, ἐν τὸν favere videtur, vid. Maittaire l. c. pag. 250D et Ahrens. l. c. pag. 359; sed formam ἐν c. acc., de qua infra copiosius, a Laconum usu cum Ahrensio l. c. abiudicandam esse censeo.

Illud vero ἐττὸν, ἐττὰν pro ἐς τὸν, ἐς τὰν etiam probant Maittaire l. c. pag. 254A, Orelli: „Opuscula Graecorum veterum sententiosa et moralia" Tom. II. pag. 672 et Boeckh. C. I. Vol. I. pag. 725, ubi ille, comparans Boeotorum ἔππασιν p. ἔμπασιν, Hesychii glossam ἔλλυσιν p. ἔκλυσιν et nostrum ἐττὸν, observavit: „Et illa quidam assimilatio (scil. in ἔππασιν p. ἔμπασιν) etsi dura est, multoque durior, quam ἐς τὸν in ἐττὸν mutatum, tamen non est durior, quam ἔκλυσιν Cretice mutatum in ἔλλυσιν." —

37) βεττὸν Laconibus tribuitur in Etym. M. 195, 44. βέστον, τὸ ἱμάτιον ὑπὸ Λακώνων· οἱ δὲ βέττον· Διογένης. —

38) Memorandum est, in titulis Laconicis post annum ducentesimum ante Chr. scriptis, omni proprietate Laconica abiecta, mitiorem Doridem dominari, quod quomodo explicari possit, Ahrensius indicavit l. c. II. pag. 405 sq.

39) quae exstant in Boeckhii C. I. Vol. III. nr. 5774. 5775.

Tab. I. lin. 17. 22. 27. 33. 88. ἐς ποταμόν; lin. 38. ἐς τὰν... lin. 56. 59. 62. 74. ἐς τὰν Fιδίαν γᾶν, lin. 61. ἐς τὰν ἱαρὰν γᾶν; lin. 66. 73. ἐς τὸ ἱαρὸν πλάγος; lin. 102. ἐς τὸν δαμόσιον ῥογόν; lin. 115. ἐς τὰν σχοῖνον, ἐς τὰν δυνατὰν γᾶν; lin. 146. ἐς δὲ τὰ ἐποίκια, ἐς τὰν οἰκοδομάν, ἐς τὰς ἀμπέλως; lin. 147. ἐς χρείαν.

Tab. II. lin. 23. 45. 52. 66. 72. 81. 88. 94. 100. ἐς ποταμόν; lin. 47. ἐς τὰν ἑκατόνπεδον.

Tertio loco Tarentinos commemorem; apud quos ἐς in usu fuisse exemplis probare quidem non possum, sed quum Tarentini Spartanorum essent coloni atque iterum illorum Heracleenses, inde coniicere licet, Tarentinis formam ἐς cum illis communem fuisse, quoniam omnino consentaneum est, coloniarum eandem ab origine fuisse linguam atque metropolium.

Denique restat, ut Cyrenaeos[40]) adeamus et Cretenses. — Ab illis τὸ ἐς usurpatum esse, intelligitur ex inscriptionibus Cyrenaicis nr. 5131, in qua lin. 4/5 habes ἔς τε τὸς κοινὸς εὐεργέτας Ῥωμαίος[41]) καὶ ἐς τὰν πόλιν, et nr. 5132, ubi lin. 6 ἐς αὐτὰν traditur.

Ad Cretenses autem quod attinet, pars quidem eorum, ut in priore disputationis parte iam cognovimus, antiquissimam formam ἐνς servasse videtur, sed plerisque, quod inscriptiones satis probant, τὸ ἐς fuit peculiare, τὸ εἰς tamen non omnino respuentibus.

Sic in titulis Creticis leguntur: nr. 2554. lin. 11. εἰς τὸν πάντα χρόνον; lin. 15. εἰς τὰν..χώραν; lin. 50. εἰς Ὀλόντα; lin. 139. εἰς τὸν Σπινόεντα; sed alias in eodem titulo ἐς habetur, et quidem si recte inii computum, quinquagies fere

---

[40]) Cuipiam fortasse mirum videatur, quod Cyrenaei severiore Doride usi sunt, quum in Thera metropoli mitior obtineat. Sed huius rei quae sit causa Ahrensius docuit l. c. II. pag. 424 sq.

[41]) De correptione syllabarum finalium in τὸς κοινὸς — Ῥωμαίος pro τοὺς κοινοὺς Ῥωμαίους vide Ahrens l. c. II. §. 21.

et quinquies. — nr. 2556. lin. 11. *εἰς τὸν πάντα χρόνον*; lin. 22. *ἐς Πριάνσιον*; lin. 23. *ἐς Ἱεραπύτναν*; lin. 34. et 36. *ἐς τὸ ἀρχεῖον*; lin. 39. *ἐς ἀνδρήϊον*; lin. 56. *ἐς τὰν ἰδίαν πόλιν*. — nr. 2557. *B*. lin. 21. *ἐς στάλαν λιθίναν* (Montfauc. *ΕΙΣ*, reliqui *ΕΣ*); lin. 22. et 23. *ἐς τὸ ἱερόν*. — nr. 2561. b. (in Addend. ad Vol. II. pag. 1100. sq.), cuius inscriptionis pars lin. 58.—66., severiore Doride concepta, offert lin. 58. *ἐς τὰν στεφάναν*; lin. 59. *ἐς τὰν ὁδὸν τὰν ἐς τὸν Μόλλον*; lin. 61. *ἐς πάντα τὸν χρόνον*; lin. 62. *ἐς Καρύμας ἐς τὰν...*; lin. 66. *ἐς τὰν στεφάναν*; in reliqua vero parte, quae vulgarem Graecitatem exprimit, ubique vulgare *εἰς* traditum invenimus. — Tituli Tejo-Cretici praebent: nr. 3048. (decretum Istroniorum) lin. 41. *εἰς τὸ ἱερόν*; nr. 3050. (decret. Vaxiorum [Oaxiorum]) lin. 11. *εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον*; sedlin. 23. *ἐς τὸν ἀεὶ χρόνον*, quod quidem Hesselius exhibet et Sherardus; Chishullus autem, minoris fidei homo, *εἰς* habet. Boeckhius vero ad h. l. (Vol. II. pag. 638.): „Retinui *ἐς*, licet *εἰς* in eadem formula sit v. 11.; ita enim in iisdem titulis variari monui in Comm. de dial. Cret.“ (l. c. p. 404. §. 8.) — nr. 3052. (decretum Arcadum Cretensium) lin. 20. *εἰς τὸ ἱερόν*. — nr. 3058. (decretum Latiorum) lin. 19. *ἐς τὸ ἱερόν*.

Coronidis loco apponere iuvat Boeckhii Ahrensiique sententias de praepositionis scriptura apud Cretenses. Quorum prior in commentatione de dialecto inscriptionum Creticarum Corp. Insc. Vol. II. pag. 404. §. 8. observavit: „Ex praepositionibus *ἐς* frequens est, sed immiscetur etiam *εἰς*, vel iis in titulis, ubi *ἐς* crebrius, ut nr. 2554. 2556. et decr. Vax. Epimenidea epistola *ἐς*:[42]) *ἐν* pro *εἰς*, quod Creticum grammaticis,[43]) nusquam comparet in titulis.“

---

[42]) In Epimenidis epistola ad Solonem (ap. Diog. Laert. I. pag. 83. ed. Huebneri. Lipsiae 1828) habetur ἐς παῖδας, et ἐς Κρήτην.

[43]) ut Gregorio Corinth. pag. 355. (ed. Schaefer.), Gramm. Meermanniano post Greg. Cor. p. 658. Ceterum, ut moneam, quod Ahrensius l. c. I. pag. 236. not. 3. et II. pag. 25. iam observavit, perperam vulgo Cretica esse putant, quae apud grammaticos illos leguntur inde a verbis Κρῆτες

Ahrensius vero productioris formae *εἰς* usum a Cretensibus abiudicare videtur, l. c. II. pag. 359. disputans: „sed *ἐς* est apud illos, qui corripiunt ultimas, Cretenses (male *εἰς* est nr. 2556. 11. et aliquoties in titulis minoris fidei)." — Sed equidem mihi non sumam, in praepositione *ἐς* adhibenda Cretensibus constantiam obtrudere, praesertim si considero, quanta omnino fuerit Creticae Doridis varietas, cf. Ahrens. l. c. pag. 420. sq.

A severiore Doridis genere iam ad alterum, quod mitioris nomine significavimus, transgredimur, ut in eo quae fuerit praepositionis scriptura, inquiramus.

Ad hoc autem genus quum, quod supra iam commemoravimus, illis qui ad severiorem Doridem pertinent exceptis, omnes ceteri, quicunque Dorica dialecto utebantur, revocandi sint, mirum esse non potest, si inter tot varias gentes etiam variam rationem de praepositione nostra scribenda perspicimus. Et quidem tres potissimum classes distinguere debemus, ad quarum priorem eos referam, qui formam *εἰς* praetulerunt, ad alteram, quibus *τὸ ἐς* sollenne fuit, ad tertiam denique eos, qui praepositionis *ἐν* quarto casui adiunctae usum pro *εἰς* cum Boeotis Thessalisque communem habebant.

Singula igitur examinemus.

Ex analogia iam iudicare licet, apud plerosque eorum, qui mitiorem Doridem expresserunt, pleniorem formam *εἰς* ex antiquiore *ἐνς* natam esse, quemadmodum *εἷς* ex *ἕνς*, *τιϑεὶς* e *τιϑένς*; id quod etiam inscriptiones singularum gentium satis confirmant. *Τὸ εἰς* enim reperitur in mitioris Doridis titulis hisce: nr. 1052. (tit. Megar.) lin. 15. *εἰς στάλαν καὶ*

δὲ τὸ διαπαντὸς ἀές (Greg. C. pag. 345.), quum accuratius inquirenti pateat, post unicam illam Creticam glossam reliqua ad Dorienses in universum referri aut ad alia Doridis genera, quo ipsum illud ἐν pro εἰς pertinet, quod, ut infra docebimus, septentrionali Doridi proprium est.

ἀνθέτω εἰς τὸ Ὀλυμπιεῖον. — nr. 1135. (tit. Argis rep.) lin. 5. *εἰς αὐτούς.* — nr. 1188. (tit. Calauriatic.) lin. 5. *εἴς τε τὸν θεόν.* — nr. 1193. (tit. Hermionens.) lin. 25. *εἰς τοὺς δαμιουργούς*; lin. 28. *εἰς τὸ ἱερόν*; lin. 31. *εἰς ἅπαντα τὸν χρόνον*; lin. 35. *εἰς ταῦτα.*

In titulis Laconicis recentioribus:[44]) nr. 1334. lin. 11. *εἰς τὸ ἱερόν*; lin. 12. *εἰς στάλαν λιθίναν*; nr. 1335. lin. 19. *εἰς στάλαν λιθίναν*, lin. 20. *εἰς τὸ ἱερόν*; nr. 1374. lin. 9. *εἰς τὸν πατρίδα.* —

In tit. Corcyraeis: nr. 1838. b. lin. 9. *εἰς τὸ ναώριον*, ibid. lin. 15. *εἰς στάλαν λιθίναν*, lin. 17. *εἰς τὸ ἱερόν*: nr. 1839. lin. 12. *εἰς ἄλλα ἱερά*: nr. 1841. lin. 11., nr. 1843. lin. 12. et nr. 1844. lin. 15. *εἰς χάλκωμα*: nr. 1845. lin. 3/4 *εἰς τὰν τῶν τεχνιτᾶν μίσθωσιν*, quod iteratur lin. 6. 29. 35. 41. 107. 130. 137. et praeterea in eodem titulo *εἰς* exstat, si recte numeravi, terdecies. nr. 1846. lin. 10. *εἰσήνεγκε.* —

In decreto Mesembrianorum (Megarensium colonia) nr. 2053. b. lin. 13. *εἰς τελαμῶνα*, lin. 14. *εἰς τὸ ἱερόν*; item nr. 2053. c. lin. 7. 8. *εἴσπλουν εἰς πόλιν.* —

In Byzantiorum decreto nr. 2060. lin. 9. *εἰς τὸ ἐμπόριον*; lin. 14. *εἰσπλεόντων εἰς τὸν πόντον*; lin. 16. *εἰς τὰν πόλιν*; lin. 18. *εἰς πλήονας ἐλπίδας*; lin. 19. *εἰς ἑαυτάν.* —

In tit. Aeginetico nr. 2140. lin. 9. *εἰσφέρων*; lin. 12: *εἰσφοράν*; lin. 35. *εἰς τὸν* ... —

In Astypalaeensium decretis: nr. 2485. III. lin. 46. *εἰς Ῥώμαν*; nr. 2486. lin. 6. *εἰς αὐτὸν*; nr. 2487. lin. 5. *εἰς τὸ πλῆθος*, quod etiam nr. 2488. lin. 6. habes et nr. 2488. b. (Addend. ad Vol. II. p. 1098.) lin. 9. et ibidem nr. 2488. c. lin. 7, quo in loco Boeckhius pro Cadalveni *ἰς τὸ πλῆθος* recte *εἰς* restituisse videtur. —

---

[44]) in quibus mitiorem Doridem conspici, non severiorem, qua Lacones ante a. 200. a. Chr. usos esse satis constat, supra iam commemoravimus. —

In Rhodiis titulis: nr. 2525. b. lin. 17. *εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον*, lin. 23. *εἰς στέφανον* aliasque ibidem saepius *εἰς*: nr. 2905. Monum. I. *D*. lin. 10. *εἰς τὸν πετρῶνα;* lin. 11. *εἰς τὸ ἀπολῆγον*, ibid. *εἰς τὸν ἀπέναντι βουνόν*. —

In Calymniorum decreto nr. 2671. lin. 8. *εἰς Κάλυμναν;* lin. 11. *εἰς αὐτὸν;* lin. 38. *εἰς τὸ δικαστήριον;* lin. 41. *εἰς πλέω ταραχάν;* lin. 43. *δικᾶν εἰςαχθεισᾶν*. Huc accedit Calymnius titulus apud Rossium „Inscript. Graec. ineditae." Fasc. II. nr. 186., in quo lin. 3. legitur *εἰς τὸν δᾶμον*. —

In tit. Syracusano nr. 5367. a. lin. 8. *εἰς ἀμέ*. —

In tit. Gelensi nr. 5475. lin. 13. et lin. 25. *εἰς τὸ γυμνάσιον;* lin. 24. *εἰς στάλαν;* lin. 26. *εἰς δὲ τὰν κατασκευάν*.

Ex his igitur, quae praecedunt, satis apparet, apud quas gentes in mitiore Doride praepositio *εἰς* in usu fuerit. Sed tamen caveas, ne illis in hac re constantiam attribuas. Etenim in iisdem, quos modo laudavi, titulis et in similibus hic illic etiam *τὸ ἐς* immixtum reperies, ut in Astypalaeens. titulis: nr. 2483. lin. 19. *ἐς τὸν δᾶμον*, lin. 24. *ἐς τὰν φλιάν:* nr. 2484. lin. 21. *ἐς τὸν δᾶμον*, et apud Rossium l. c. nr. 159. lin. 5. *ἐς στάλαν*, lin. 7. *ἐς τὸν στέφανον* — in Rhodiorum decreto nr. 2905. Monum. I. *C*. 4. v. 1. *ἔς τε Πριάναν καὶ ἐς Σάμον* et ibid. *D*. 1. v. 9. *ἔς τε τὸν ὅρον*, v. 12. *ἔς τε καὶ τὰν φάραγγα*. — in tit. Gelensi nr. 5475. lin. 9. *ἐς τὸν σᾶτες ἐνιαυτόν*. — in Aegineticis nr. 2138. *ἐς Ἀβαῖον* et nr. 2140. b. lin. 4. *ἐς ταύταν τὰν σορόν*. — in titulo Issensi[45]) nr. 1834. lin. 5. *ἐς τὸν λογισμόν*. — in tit. Agrigentino[46]) nr. 5491. lin. 11. *ἐς Ῥώμαν;* lin. 22. *ἐς χαλκώματα* (in Cod. Vict. falso *EN* pro

---

[45]) Issa Syracusanorum erat colonia, unde colligas, Issensibus τὸ εἰς proprium fuisse, etiamsi in titulo laudato ἐς scriptum exstat. —

[46]) In hoc titulo quum ter ἐς, semel tantum εἰς legatur, inde facile quispiam iudicaverit, Agrigentinos ἐς potius dixisse, quam εἰς. Sed non recte. Nam quum Agrigentini Gelensium essent coloni, Gelenses autem εἰς usurpasse e tit. nr. 5475. satis constet, verisimilius est, etiam apud Agrigentinos τὸ εἰς praevaluisse.

ΕΣ); lin. 26. *ἐς τὰ προςγεγραμμένα;* sed lin. 23. *εἰς τὸ βουλευτήριον*. Unde efficitur, etiam brevioris formae *ἐς* usum ab illis gentibus, quibus *τὸ εἰς* solitum fuisse constat, non plane esse alienum.

Iam vero ad eas mitioris Doridis gentes quod attinet, quibus *τὸ ἐς* peculiare fuerit, huc potissimum revocandi esse videntur Theraei, Coi, Alaesini et fortasse etiam Anaphaei, quorum inscriptiones constanter illud *ἐς* praebent. Sic Theraeus titulus nr. 2448. (Epictetae testamentum) III. lin. 11. *ἐς ἄλλα χωρία;* ibid. IV. lin. 7. *ἐς θυσίαν*, *ἐς ἀνδρείου... συναγωγάν;* lin. 9. *ἐς δὲ καὶ...*, lin. 30. *ἐς τὸ κοινεῖον;* V. lin. 3. et lin. 35. *ἐς ὅκα ἐκτείσῃ*, lin. 9. *ἐς τὰς θυσίας*, lin. 22. *ἐς ὃ δέ κα ἐκτείσῃ;* VI. lin. 35. *ἔςοδον;* VII. lin. 2. et lin. 22. *ἐς ὅκα ἐκτείσῃ;* lin. 13. *ἐς τὰς θυσίας*, lin. 20. *ἐς τὰ τοῦ κοινοῦ γράμματα;* lin. 29. *ἐς πάντα τὸν χρόνον;* VIII. lin. 22/23. *ἔς τε τὰν ὑπόβασιν;* lin. 24. *ἐς δέλτον;* lin. 26. *ἐς ὃ;* lin. 32. *ἐς ὅκα*. Et Theraeus tit. apud Rossium „Inscr. Graec. ined.“ nr. 198. lin. 6. *ἐς πάντα τὸν χρόνον*. Quare etiam in Theraeo nr. 2459., cuius supra iam mentionem fecimus, lin. 4. pro tradito *ΙΣ* vel Osanni *ΕΙΣ* non dubito cum Boeckhio *ἐς* (*αὐτόν*) restituere. Sed quod in Theraeis aliquot inscriptionibus non *ἐς*, verum *εἰς* reperitur, ut nr. 2454. lin. 12. *εἰς τὴν στέγην* et nr. 2474. lin. 6. *εἰς τὸν φίσκον*, hoc vulgari, quae in illis regnat, dialecto tribuendum est.

Coi autem tituli exhibent: nr. 2504. lin. 7. *ἐς τὸν πατέρα;* nr. 2508. lin. 10. *ἐς τὸς θεός* i. e. *τοὺς θεούς*, lin. 11. *ἐς τὸ σύσταμα;* et apud Rossium l. c. nr. 175. lin. 27. 30. *ἐς στάλαν*.

In Alaesinorum titulo nr. 5594. leguntur in Col. dextra lin. 2. *ἐς τὸν ποταμὸν*, lin. 5. *ἐς τὰν ὁδόν* et praeterea ibidem quadragies fere *ἐς;* in Col. sinistra lin. 3. *ἐς τὸν τέρμονα*, lin. 6. *ἐς τὸν τέρμονα καὶ ἐς τὰν σκαφιάν* aliasque ibid. *τὸ ἐς* quadragies fere et septies, nunquam vero *εἰς*.

In Anaphaeorum denique inscriptione nr. 2477. secundum Rossii auctoritatem (vide Boeckhii C. I. Addend. Vol. II.

p. 1091. sq.) habes lin. 14. ἐς τὸν ναόν; lin. 16. ἐς τὸν τοῖχον; lin. 33. ἐς στάλαν λιθίναν.

Sed iam si quaerimus, quomodo haec ratio ἐς pro εἰς usurpandi apud quatuor illas gentes explicari possit, paulo accuratius reputanti patebit, ex earum proprietate ultimas syllabas corripiendi eam deducendam esse, cf. Ahrens. l. c. II. pag. 359. Etenim ut illi, certe Theraei et Coi, de quibus constat, e. g. τὸς νόμος, τὸς θεός[47]) dixerunt pro τοὺς νόμους, τοὺς θεοὺς ex antiquo τόνς νόμονς, τόνς θεόνς, sic consentaneum est, apud eos ex antiqua praepositione ἐνς τὸ ἐς ortum esse pro εἰς.

Restat denique, ut inquiramus, quibusnam gentibus in mitiore Doride praepositionis ἐν quarto casui adiunctae usus proprius fuerit. — Hoc autem potissimum ex inscriptionibus perspicitur hisce: Sic in decreto Amphictyonum nr. 1688. legitur lin. 5. ἐν δύνασιν i. e. εἰς δύναμιν; ibid. lin. 40. ἔντε p. ἔςτε, — In tit. Delphico, quem Ahrensius l. c. II. pag. 359. citavit, apud Ulrichsium pag. 67. ἐν τὸ πρυτανεῖον; quare non dubito, in tit. Delph. nr. 1717. lin. 8. illud *ΕΝΑΥΤΑΝ* a Cyriaco sic traditum servare, quamquam Boeckhius ἐ(ς) dedit. — E Phocicis titulis Hyampolitanus apud Rossium Inscr. Gr. Ined. nr. 85. praebet ἐν αὐτούς et Tithorensis III, quem

[47]) Conferatur Ahrensius l. c. II §. 21. ubi omnino de correptione syllabarum finalium in ς et ν desinentium apud Dorienses accurate disputavit, quam dissertationem perlegisse operae pretium est. Sed in hac disputatione inter eos, qui ultimas syllabas corripuisse dicuntur, Anaphaeos desideramus. His enim, quamquam, Ahrensio l. c. II. pag. 413. observante, nullo exemplo indicatur, utrum extremas syllabas corripuerint, necne, tamen propter arctam cum Theraeis cognationem, de qua vide Rossium in Actis Academiae Monacensis Hist. Phil. 1837 pag. 401. seqq. (hunc locum, quem Ahrensius l. l. citavit, inspicere mihi non licuit) maxime verisimile est, correptiorem illam cum Theraeis communem fuisse; cuius rei hoc ipsum videtur indicium, quod Anaphaei, ut ex inscriptionibus apparet, pro praepositione εἰς aeque ac Theraei correptam formam ἐς adhibuerunt.

Ulrichsius in Welckeri et Ritschelii Museo Rhenano Vol. II. pag. 555. edidit, lin. 7. *ἐν ἐλευθερίαν*. — In Aetolorum decreto nr. 2350. scriptum exstat lin. 6. *τὰ ἐν Αἰτωλίαν κἀταγόμενα*; lin. 9. *πρεσβευσάντων ἐν Κέω*, ad quem locum Boeckhius adnotavit: „*ἐν Κέω* haud dubie pro *ἐς Κέω*; nam *ἐν Κέῳ* legi vix potest"; cf. etiam Franzium Element. Epigr. Graec. p. 216. Unde conieceris, in Aetolorum quoque decreto nr. 3046. (Tei circa a. 190. a. Chr. positum) lin. 18. *ἐν τοὺς νόμους* ex Hesselii meliore apographo cum Ahrensio l. c. I. pag. 237. restituendum esse pro *εἰς τοὺς νόμους*, quod Boeckhius Chishullum, nullius fidei hominem, secutus praetulit idque propterea, quod lin. 16. *εἰς τοὺς νόμους* sine varia lectione reperitur. Quo tamen ipso loco nulla est dubitatio, quin illud *εἰς* lapicidae Teio pro Aetolico *ἐν* vindicandum sit; cf. Ahrens. l. c. II. pag. 18.

Postremo Thaumacenses[48]) aliquot titulos nr. 1771. nr. 1772. nr. 1773. commemorem, in quibus lin. 6. pro *ἐπὶ τὸν ἅπαντα χρόνον*, quod Boeckhius e Dodwelli apographo recepit, Ahrensius l. c. I. p. 237. *ἐν τὸν ἅπ. χρ.* revocandum esse iudicat, et quidem duobus prioribus locis Leakii, insignis fidei viri, auctoritate commotus, in posteriore autem titulo nr. 1773. qui a solo Dodwello traditur, e coniectura. Qua in re huic viro equidem omnino astipulor.

Hi igitur, quos laudavi, tituli satis certo sunt indicio, Delphis, Phocensibus, Aetolis, Thaumacensibus[49]) praepositionem *ἐν* c. acc. usitatam fuisse. Inde autem collegeris, etiam Locrenses et omnino, quod Ahrensius l. c. II. p. 359. sq. iam suspicatur, quicunque Graecorum ultra Boeotiam habitantium

---

[48]) qui, ut Ahrensius l. c I. p. 235. docuit, non Thessalica dialecto, sed eodem linguae genere utuntur, quod in vicinorum Aetolorum et Locrorum inscriptionibus observatur. —

[49]) Has septentrionalis Graeciae gentes non Aeolice, ut vulgo opinantur, sed Dorice locutas esse supra iam monuimus.

Dorica dialecto non a Corinthiorum colonis[50]) accepta utebantur, cum Boeotis et Thessalis (vide supra) ἐν pro εἰς dixisse.

Has vero, quod hic monitum velim, septentrionalis Graeciae gentes si excipis et inter scriptores Pindarum, de quo infra uberius dicam, nusquam, neque in Doricae dialecti fontibus neque omnino alias, certum quidem huius τοῦ ἐν usus vestigium detegas. Nam in decreto illo Spartanorum in Timotheum, ubi, quod supra iam commemoravimus, pars librorum lectioni ἐν τόν, ἐν τάν favet, alii rectius ἐττόν, ἐττάν i. e. ἐς τόν, ἐς τάν, scribere videntur. Et in Epilyci Coralisco, cuius fragmentum Laconicae dialecti Ahrensius l. c. II. in Appendice pag. 482. sq. emendatius apposuit, vulgo quidem ἐν Ἀμυκλαῖον traditur; quod tamen ferri non posse iudicavit Ahrensius, ad h. l. adnotans: „vs. 2. ἐναμυκλαῖον (παρ' Ἀπέλλω) „ex Aldina tenuimus, —.... Si novum compositum iure displi„ceret, τὸν Ἀμυκλαῖον scribi posset. A Laconica dialecto alie„num est ἐν Ἀμυκλαῖον pro ἐς Ἀμυκλαῖον, ut vulgo Casaubono „auctore legitur, vid. §. 43, 6.“ cf. Meinekii Fragm. Comic. Graec. Vol. V. P. 1. p. CXXVI.

Praeterea illud μὴ ὑπαρχούσας τὰς ἐν τοὺς τῶν πραγμάτων proferam, quod sic traditum erat in Philolai Pythagorei fragmento quodam; cuius tamen loci μὴ ὑπαρχούσας αὐτᾶς ἐντὸς τῶν πραγμάτων Boeckhii certa est emendatio, vid. eum „Philolaos des Pythagoreers Lehren nebst den Bruchstücken seines Werkes“ (Berlin 1819) p. 63. not. 1. Atque in Dii Pythagorei fragmentis locum invenimus,[51]) ubi Salmasius ἐμβαλλόμενοι ῥύπον ἐν ζωὰν ἐλευθέρων παίδων pro Stobaei ἐν ζωᾷ exhibet, quam lectionem alii quoque viri docti probant, ut Maittaire „Graec. ling. dial.“ pag. 250. D., Koenius ad Greg. Cor. pag. 248. ed. Schaeferi, et Orellius in Opusculis Grae-

---

[50]) Qui a Corinthiis Doricam dialectum acceperunt, ut Corcyraei Acarnanes, Ambracienses, formam εἰς praetulerunt.

[51]) apud Stobaeum Serm. LXIII. pag. 408. 55.

corum veterum sententiosis et moralibus (Lips. 1821) Tom. II. pag. 706. Sed, quantum equidem iudico, illud *ἐν ζωὰν* apud Dium Pythagoreum minime tolerandum est. Namque alterum, quo hoc confirmetur, exemplum neque omnino in Pythagoreorum reliquiis, quae ab Orellio collectae in libro modo laudato exstant, neque in inscriptionibus Italico-Dorica, quam quidem Pythagorei expresserunt, dialecto conceptis detegere potui. Ubique potius in iis *ἐς* vel *εἰς* scriptum reperi. Quare etiam in loco illo Dii Pythagorici pro *ἐν ζωὰν* haud cunctanter *ἐς ζωὰν*[52]) restituimus, praesertim quum consideraverimus, passim a librariis praepositiones *ἐν* et *ἐς* vel *εἰς* commutari, ut in titulo Agrigentino nr. 5491. lin. 22. pro *ἐς* vel *εἰς χαλκώματα* Cod. Vict. *ἐν* praebet, cf. etiam Schaefer. ad Greg. Cor. pag. 429. 105. et Fr. Jac. Bast. in commentatione palaeographica post Greg. Cor. ed. Schaefer. pag. 726. et Wex. in Sylloge adnotationis ad Soph. Antig. v. 1214. et v. 910.

Sed tamen si quis forte cum Stobaeo *ἐν ζωᾷ* retinere mavult, ei non omnino adverser. Etenim tum illud *ἐμβαλλόμενοι ἐν ζωᾷ* intelligere debemus, quemadmodum fere *ἐν αἰτίᾳ βαλεῖν* Soph. Oed. R. v. 656 (Dindorf.), *ἵνα τῷδ' ἐν ἀφθέγκτῳ μὴ προπέσῃς νάπει*,[53]) et similia, in quibus *ἐν* c. Dat. pro *εἰς* c. Acc. ita explicari potest, ut iam versari eo loco aliquid cogitetur, quorsum movetur adhuc.

Denique vero etiam duo loci nobis commemorandi sunt, unus ex inscriptione quadam Ionice conscripta in Boeckhii Corp. Inscr. Vol. III. nr. 6280 A. lin. 23., alter ex Aristophanis Acharnensibus v. 1021 (ed. Brunck.); quorum priore Salmasius *ἐν ἄλσεα* dictum existimabat pro *ἐς ἄλσεα*, quod Maittaire Graec. ling. dial. pag. 250 *C.* probare videtur. Sed rectius h. l. *ἀν' ἄλσεα* cum Jacobsio „Anthologia Graec. Tom. III. p. 902". aut *ἐπ' ἄλσεα* cum Franzio (vid. eum in Boeckhii

---

[52]) quod Orellius quoque in textu edidit l. c. pag. 832. lin. 21. —

[53]) Oed. Col. v. 155. —

C. I. l. c. pag. 920) legendum est. Altero autem Aristophanis loco vulgo traditum habes κἂν πέντ' ἔτη, quod scholiastes interpretatur ἀντὶ τοῦ, εἰς πέντ' ἔτη, et sic etiam Maittaire l. c. illud intellexit. Sed quis sibi sumat, Attico scriptori praepositionis ἐν c. acc. pro εἰς usum tribuere? Itaque illud κἂν (ex καὶ ἂν natum) cum Bothio ad Aristoph. Acharn. v. 955 per „saltem" explices aut cum Scaligero aliisque in κἀς (καὶ ἐς) corrigas.

His autem consideratis satis certo statuere licet, solas septentrionalis, quae vocatur, Doridis gentes praepositionis ἐν quarto casui adiunctae usum cum Boeotis Thessalisque communem habuisse.

Sed, quod paene praetermisimus, Arcades, quos peculiari dialecto usos fuisse constat (cf. Ahrens. l. c. II. pag. 405.) et Cyprii similem praepositionis formam ἰν [54]) cum accusativo iunctam pro εἰς adhibuisse videntur.

De Arcadibus illud patet ex Tegeatica illa, quam supra iam citavi, inscriptione a Michaele edita „Jahn's Jahrbücher. Leipz. 1861. Bd. 83. p. 585. sqq.;" in qua lin. 19. habes ἰν ἐπίκρισιν καὶ ἰναγόντω, lin. 20. ἰν δικαστήριον, lin. 39. ἰν ἔστεισιν, lin. 48. ἰν τὰ ἔργα, lin. 52. ἰν ἐπίκρισιγ. [55])

Hoc autem ἰν, ut obiter moneam, in eodem titulo etiam pro ἐν cum dativo legitur, e. g. lin. 2. ἰν τοῖ αὐτοῖ, lin. 4. ἰν ἀμέραις aliasque; optime igitur respondet τὸ „in" cognatarum linguarum.

---

[54]) Haec vocula ἰν non ex ἐς, ς in ν et ε in ι mutato, quod M. Schmidt „Kuhns Zeitschrift" Bd. IX. pag. 368. suspicatur, nata est, sed ex antiquo ἐνς, ς abiecto et pro ε ex illarum gentium more iota posito; conferas notam ad locum modo laudatum. —

[55]) Sed quod in Arcadicis inscriptionibus τὸ εἰς reperitur, ut in titulo Megalopolitano in Boeckhii C. I. nr. 1534. lin. 10. εἰς τὸν χοιλαγγίταν, lin. 11. εἰς τὰν ὁδόν, lin. 12. εἰς τὰν 'Ιχετεῖαν, hoc e mitiore Doride, quae omnino in Arcadicis aeque ac Laconicis, ut supra vidimus, titulis post annum 200. a. Chr. exaratis regnat, (cf. Ahrens l. c. II. pag. 405.) repetendum est.

Eandem vero rationem apud Cyprios valuisse M. Schmidtius[56]) l. c. pag. 369. observavit: „Praepositionen finden sich: ἰν für ἐν und εἰς."

Huc etiam Hesychii glossae ἰν φάος· εἰς τὸ φῶς; ἰν ἀκριἴαν·[57]) εἰς ὑκρισίαν revocentur; quae tamen utrum ex Arcadica an e Cyprica dialecto desumptae sint, in dubio haereat. Posteriorem quidem glossam M. Schmidtius l. c. pag. 367. Cypriis tribuit, sed eodem iure ad Arcades eam referre debemus; namque ut Cyprii (cf. M. Schmidt. l. c.), sic etiam Arcades sigma inter vocales in spiritum asperum mutarunt (cf. Ahrens. l. c. I. p. 232.).

Apud varias autem Doricas gentes quae fuerit praepositionis scriptura quum ex inscriptionibus satis cognoverimus, iam quaestio instituenda est, scriptores Doricae dialecti quam rationem in hac re observaverint.

Inter eos igitur discernere debemus, qui pura Doride vel potius puro quodam eius genere usi sint, et qui e variis dialectis, quarum tamen Dorica pro fundamento habenda est, sibi ipsi finxerint compositam.

Ad priores quod attinet, per se patet, ab iis eandem praepositionis formam adhibitam esse, quae ipsi genti, cuius dialecto unusquisque scripsit, propria fuit. Ut Epicharmus, Sophron, Syracusanorum dialecti scriptores, Timocreon Rhodiorum, τὸ εἰς praetulerunt, quod ex eorum, quae supersunt, fragmentis bene intelligitur; in Epicharmo[58]) enim habes fr. 61. εἰς τὸ σκύφος, fr. 66. εἰςαγήσαϑ', fr. 126. εἰς γᾶν, sed fr. 107.

---

[56]) in disputatione „Der kyprische dialect und Euklos der chresmologe."

[57]) Haec M. Schmidtii in Hesychii editione Jenae 1860 s. v. certa est emendatio pro variis lectionibus ἀχρίαν (Alberti), ἀκρισίαν (Salmasius), ἀχρινίαν vel ἀχριτίαν (Hemsterhusius.)

[58]) Epicharmi, Sophronis, Timocreontis fragmenta Ahrensius edidit l. c. II. in Appendice pag. 435. sqq.

vulgo Ἄπαγ' ἐς τὸν φθόρον, quod Ahrensius (vid. eum l. c. II. pag. 359 et pag. 455.) quidem in εἰς mutavit, ipse vero traditum ἐς in hac formula non attentaverim (cf. Aesch. Agam. v. 1226. [ed. Herm.] ἴτ' ἐς φθόρον et Sept. contra Theb. v. 235. οὐκ ἐς φθόρον).

Sophronis autem fragmenta praebent: fr. 9. εἰς κεφαλάν, fr. 36. εἰς τὸν μύελον, fr. 58. εἰς νύκτα, fr. 67. εἰς τὰν κύλικα, fr. 91. εἰς μυχόν. In Timocreontis Rhodii reliquiis exstat fr. 1. v. 8. εἰς ὄλεθρον.

Huc etiam Archimedis librorum pars referri potest, qui Doricam dialectum prae se ferunt, velut libri de planorum aequilibriis, de quadratura paraboles, de helicibus, de conoidibus et sphaeroidibus, denique arenarius, in quibus observavisse mihi videor, εἰς et ἐς promiscue quidem usurpari, εἰς tamen in universum saepius quam ἐς, si quidem Josepho Torellio, cuius editionem Archimedis (Oxonii 1792) inspexi, fides tribuenda est.

Severioris autem Doridis scriptores, ut Alcmanem, qui Laconica dialecto, Rhinthonem, Sciram, Blaesum, Italicae comoediae poetas, qui Italica Doride et Tarentinorum maxime dialecto utebantur, quibus Pythagorei adiiciendi sunt, consentaneum est formam ἐς usu recepisse. Id quod de Pythagoreis certe etiam exemplis probatur, quae in eorum reliquiis, ab Orellio in Opusculis veterum Graecorum sententiosis et moralibus Tom. II. pag. 234. sqq. collectis, exstant. Ut in Archytae Tarentini fragmentis: A. Moralibus: fr. VIII. p. 242. lin. 22. ἐς τὼς κακὼς, lin. 23. ἐς τὼς ἀγαθώς; fr. XII. p. 248. lin. 7. ἐς ὅσον, lin. 13. ἐς ἴσον; fr. XV. p. 254. lin. 4. ἐς ἀρεμίαν; fr. XVIII. p. 256. lin. 5. ἐς τὰν αἰσχύναν, lin. 6. ἐς τὰν ἀποβολάν. B. Physicis et Mathematicis: fr. I. p. 265. fin. εἰς τὰν ἀκοάν, p. 266. lin. 18. ἐς μὲν τὰ ἐγγὺς, lin. 20. ἐς δὲ τὰ πόρσω, lin. 27. ἐς τὸ ἥμισυ; fr. III. p. 267. lin. 18. ἐς τοῦτο, lin. 19. εἰς ταῦτα; fr. IV. pag. 269. lin. 30. ἐς γένεσιν.

Eandem fere rationem in Hippodami Thurii, Euryphami, Hipparchi, Timaei Locri, [59]) aliorumque Pythagoreorum fragmentis observavi, ita quidem, ut ἐς omnino regnet, εἰς vero hic illic tantum immisceatur. Sed ne praetermittam, Boeckhius in Philolai reliquiis pro tradito εἰς αἰῶνα coniecit ἐς αἰῶνα, [60]) quod ipsum ἐς legitur in ἐς μέσαν, ἐς τρίταν, ἐς ὑπάταν; [61]) unde collegeris, Boeckhium a Philolao certe praepositionis εἰς usum abiudicare.

Hactenus de scriptoribus, qui satis puro quodam Doridis genere usi sunt.

Iam vero de iis disputandum est, qui Doricam dialectum aliis intermiscuerunt. Quo potissimum pertinent Theocritus, Bion, Moschus, bucolici poetae, [62]) et Pindarus reliquique Dorici lyrici, [63]) si quidem Alcmanem exceperis, quem Laconicam expressisse supra diximus.

Ab his autem satis constat breviorem formam ἐς maxime frequentatam esse; [64]) τὸ εἰς fere tantum metri causa apud eos reperitur, rarissime, ut videtur, praeter metri necessi-

---

[59]) cuius librum de anima mundi Imm. Bekker edidit in Platonis editione Part. III. Vol. III. pag. 379. sqq. —

[60]) vide Boeckhium „Philolaos des Pythagoreers Lehren nebst den Bruchstücken seines Werkes (Berlin 1819“) pag. 165. not. 1 et pag. 168. not. 1. —

[61]) vide Boeckh. l. c. pag. 66. —

[62]) qui, Ahrensio l. c. II. pag. 22. monente, minime, id quod vulgo existimant, Syracusana dialecto in carminibus suis usi sunt, sed et Doricam dialectum Lesbiaca atque epica temperaverunt et varia Doridis genera ex arbitrio miscuerunt. —

[63]) qui ex Ahrensii observatione l. c. II. pag. 25. mitiorem Doridem Lesbiaca et epica dialecto temperaverunt. —

[64]) Sed in medio relinquitur, ex quanam dialecto poetae illi τὸ ἐς arripuerint, utrum ex Dorica, an potius ex Ionica vel Epica. — Haud male forsitan illud revocaveris ad Doricam rationem illam ultimas syllabas corripiendi, velut in accusativis plur. II. et I. Declin. aliasque, quam rationem certe apud Theocritum et Pindarum reperimus (vide Ahrensium l. c. II. §. 21.).

tatem, e. g. libris addicentibus in Theocriti Idyl. XII. v. 13. *εἴςπνηλος*; Id. XIV. v. 50. *Κ' εἰ μὲν ἀποστέρξαιμι, τὰ πάντα κεν εἰς δέον ἕρποι*; Id. XXII. v. 183. *εἰς μέσον (Τοὶ γενεᾷ προφέρεσκον· ὁ δ' εἰς μέσον....)*; ibid. v. 198. *Πολλὰ μὲν εἰς σάκος εὐρύ...*; ibid. v. 203. *Χαλκὸς ἄφαρ διέχευεν· ὁ δ' εἰς χθόνα κεῖτο νενευκώς*; Id. XXIV. v. 111. *Δεινοὶ ἐν ἱμάντεσσιν, ἅτ' εἰς γαῖαν προπεσόντες*; Id. XXV. v. 229. *Καὶ βάλον ἆσσον ἰόντος ἀρίστερον εἰς κενεῶνα.* His tamen locis, duobus prioribus tantum exceptis, Zieglerus e coniectura, ut videtur, aut unius vel alterius codicis scripturam secutus *τὸ ἐς* edidit, qua in re alii quoque Theocriti editores cum eo consentiunt, velut Ahrensius, qui tamen Id. XXIV. v. 111. (113.) vulgatum *εἰς* retinuit.[65]) Sed equidem illis locis plurimorum librorum lectionem *εἰς* cum editoribus Valckenario, Heindorfio, Jacobsio servaverim; et quidem, si quid video, euphonia his ipsis locis poetam fortasse commovit, ut a consuetudine sua *ἐς* usurpandi discederet. Consideres tantum, quam ingratum sonet illud *ἱμάντεσσιν ἅ τ' ἐς γαῖαν* (Id. XXIV. v. 111.).

In Pindari autem carminibus unus modo locus reperiri videtur, ubi praeter metri necessitatem *εἰς* vulgo legitur: Pyth. IV. v. 61. *εἰς τρίς*, quod veteres libri sic exhibent et inter recentiores editores, quantum scio, Heynius; alii vero, ut Boeckhius, Dissenius, Schneidewinus, *ἐς τρίς* coniecerunt, quorum prior in nott. critic. ad h. l. pag. 463. observavit: „vs. 61. vulgo *εἰς τρίς*. Scribendum *ἐςτρίς*, ut Ol. II, 75. *Εἰς* „Pindarus non dicit, nisi ante vocalem, ubi longa syllaba de„sideratur; hoc est, praefert formam *ἐς*, ubi metrum patitur.“ In hac igitur dissensione ipsi quid statuamus? Me iudice in hoc loco veterum exemplarium auctoritas non est negligenda, quare cum Heynio *εἰς* retineam. Ratio autem, cur Pindarus

---

[65]) **Meinekius, ut addam, locis illis partim vulgatam scripturam *εἰς*, partim *τὸ* Ziegleri *ἐς* recepit (*ἐς* Id. XII. v. 193. ibid. v. 203. et Id. XXIV. v. 111 (113); alias *τὸ εἰς*.) —**

h. l. pleniorem formam εἰς breviori praetulerit, fortasse ea est, quod praepositio in arsin incidit primariam: ἅ σε χαίρειν εἰς τρίς[66]) αὐδάσεισα πεπρωμένον, (⏑́ ⏑ — — ⏑́ ⏑ — — ⏑́ ⏑ — ⏑́ ⏑ ⏑).

Quod autem de Pindaro valet, idem omnino de Doricis lyricis statuendum est, ita quidem, ut ἐς apud eos regnaverit, εἰς vero hic illic tantum admissum sit, et propter metri legem et nonnunquam alias (velut in Simonidis Cei carminibus fr. 33, 1.[67]) εἰς τὸ τεθνάναι, fr. 35, 2. εἴςδυσις, fr. 44, 1. εἰς Κόρινθον).

Verum a Doricae dialecti scriptoribus pedem referre non possum, quin de usu praepositionis ἐν cum accusativo iunctae apud Pindarum nonnihil adiiciam.

Primum igitur quaestio exoritur, unde poeta proprietatem illam asciverit. Vulgo opinantur, ab Aeolensibus iisque Boeotis, quibus illud ἐν c. acc. peculiare fuisse supra docuimus; sed verisimilius esse videtur, quod Ahrensius l. c. II. pag. 360. et pag. 410. sq. suspicatur, Pindari consuetudinem illam e septentrionali Doride eaque Delphica potissimum lingua repetendam, ad quam omnino Pindaricae dialecti partem referendam esse vix quemquam paulo accuratius reputantem latere possit cf. Ahrens. l. c.[68])

---

[66]) Viri docti, ut obiter moneam, inter scripturam εἴςτρὶς vel ἐς. τρὶς (συνθέτως) et εἰς τρὶς vel ἐς τρὶς (οὐ συνθέτως) fluctuant. Sed haec ratio illi praeferenda esse videtur, qua de re conferas Lobeckium „Pathologiae Graeci sermonis Element.“ I. pag. 621; ubi observavit: „sed „legimus sane εἰς δὶς (χειμὼν ἐπιγίγνεται) Appian. Mithr. c. 78 et multo „crebrius εἰς τρίς Xenoph. Anab. IV. 2. (4.) 16. etc.... nusquam vero „ἐςτρίς, quod in Pind. Ol. II. 68. (124.) Pyth. IV. 61. (109) a Boeckhio „eiusque successoribus editum est sublato syllabarum intervallo quo solo „appositum a composito discerni potest, nam accentus non migrat.“ —

[67]) e Schneidewini recensione in Delectu poesis Graecorum pag. 393.

[68]) Praeter Pindarum etiam Hesiodeae dialecti consensus cum Delphica notabilis est, qua de re Ahrensium l. c. II. pag. 410. consulas, ubi ille praepositionis quoque ἐν c. acc. usum pro εἰς Hesiodo assignavit in ἑὴν ἐγκάτθετο νηδύν Theog. v. 487. 890. 899; quod etiam Goettlingius (in Hes. Theog. editione in not. ad h. l.) agnovit. G. Hermannus quidem

Iam vero nobis inquirendum est, quibusnam locis a Pindaro praepositio illa ἐν c. acc. usurpata sit, utrum promiscue, an e certa quadam ratione, ita ut illud ἐν quibusdam tantum carminibus tribuendum sit, ab aliis vero plane abiudicandum; qua ipsa de re viri docti inter se discedere videntur. Alii enim, ut Boeckhius de metris Pind. pag. 294, praeterea nott. critt. ad Pyth. II. v. 11., ad Pyth. IV. v. 258., Hermannus de dial. Pind. in Opusc. I. pag. 265, Dissenius in Comment. ad Pyth. II. v. 11 et ad fragmenta pag. 638., τὸ ἐν c. acc. pro ἐς a Pindaro non adhibitum esse iudicant nisi in Aeolicis carminibus; quamobrem laudant tantum: Pyth. II. v. 11.[69]) *δίφρον ἐν θ' ἅρματα πεισιχάλινα καταζευγνύῃ σθένος ἵππιον*; ibidem v. 86. *ἐν πάντα δὲ νόμον;* Pyth. V. v. 38. *ἐν κοιλόπεδον νάπος;* Nem. VII. v. 31. *πέσε δ' ἀδόκητον ἐν καὶ δοκέοντα*, et fragm. Dithyr. 3. vs. 1. *Δεῦτ' ἐν χορόν;* fragm. Hyporch. 5. vs. 2. *ἕκαστον ἐν πρᾶγος;* in Doricis vero carminibus ubi illud ἐν reperitur, hoc librariis aut grammaticis imputandum esse censent, ut Pyth. IV. v. 258. *ἤθεσιν ἔν ποτε Καλλίσταν ἀπῴκησαν χρόνῳ Νᾶσον*, pro quo Boeckh. eiusque successores scripserunt: *ἦθεσι τάν ποτε Καλλίσταν.* Sed alii hoc loco ἐν pro ἐς dictum probare videntur, ut Heynius in Pind. edit. (Gottingae 1773) Pyth. IV. v. 459, Orellius in collectione epistolarum

---

contra monuit, (ex Ahrensii observatione l. c.) Atticos non minus ἐμβάλλειν et similia composita cum accusativo sine praepositione εἰς iungere; sed neque Ahrensio (vid. eum l. c.) neque mihi ipsi contigit, certa quidem eius constructionis exempla detegere. Compares etiam Boeckhii verba in nott. critt. ad Pind. Pyth. II. v. 11: „si cum Heynio coniunges, ἐγκατα„ζευγνύῃ σθένος ἵππιον (εἰς) δίφρον ἅρματά τε, omissum erit εἰς in tali „structura, in qua omitti nequeat."

Praeterea conferatur praeter alios Ellendtius in Lexico Sophocleo I. pag. 586. s. v. ἐμπίπτω ad. Soph. Oed. Col. v. 942. (Dind.) adnotans: „Libri plerique αὐτοὺς (ἐμπέσοι) insolenter, nec defenditur id exemplo „Eurip. Iph. Aul. 808, quod Elmsleius comparat. Recte Laur. b. et Livin. „v. αὐτοῖς, iam ante a Scaligero coniectura inventum." Itaque exemplum illud Hesiodi equidem cum Ahrensio Goettlingioque explicatum velim. —

[69]) Boeckhii numeros sequor.

Graecarum Tom. I. pag. 142., denique Albertius in Hesychii editione (Lugduni Batavorum 1766) s. v. ἐν not. g., ubi etiam remittit ad Abresch. Misc. Obss. VI. 1, p. 276. et ad Aemilii Porti lexicon Pindaricum, quos tamen libros inspicere mihi non licuit.

Viri igitur docti quum inter se discordent, iam quaeritur, nosmet ipsi hac de re quid cogitemus ac proponamus. Ut paucis complectar, quod equidem verum puto, Boeckhii quidem sententia aliorumque, τοῦ ἐν c. acc. usum solorum esse Aeolensium carminum, maxime probabilis videtur, quippe quum Aeolicorum Pindari canticorum ea sit indoles, ut maiorem sibi vindicent dialecti libertatem et quidem insolentes reconditasque vocabulorum formas Doricas Aeolicasque recipiant, quae a Doricis carminibus omnino abiudicandae esse videntur, cf. Boeckh. de metr. Pind. pag. 293 sq. et Herman. dial. Pind. Opusc. I. p. 264 sq.

Verumtamen a me impetrare non possum, ut eorum iudicio accedam. Etenim quis sibi sumat in fragm. Encom. 2, 1. illud Ἐν δὲ Ῥόδον.. κατῴκισθεν reiicere, quod quum optimis libris nitatur ipse Boeckhius noluit mutare; in hoc autem fragmento Dorium metrum est, unde collegeris, a Pindaro non solum in Aeolicis, verum etiam in Doricis carminibus etiamsi rarissime, tamen certe nonnunquam illud ἐν c. acc. admissum esse. Quae quum ita sint, in Dorio quoque Pyth. IV. v. 258, quamvis Boeckhii coniectura illa facilis sit ac verisimilis, tamen eos condemnare non debemus, qui lectionem ἤθεσιν ἔν ποτε Καλλίσταν ἀπῴκησαν tueri malunt, praesertim quod hic locus illi in fragmento laudato persimilis est, (ἐν Ῥόδον κατῴκισθεν — ἐν Καλλίσταν ἀπῴκησαν.)

Sed quod praeter hos locos e Pindari carminibus etiam alii citantur, in quibus ἐν c. acc. pro ἐς positum existimant, velut Pyth. IV. v. 129. πᾶσαν ἐν εὐφροσύναν τάνυεν (vide Dammii lexicon Homerico-Pindaricum s. v. ἐς pag. 455.)

et Pyth. IV. v. 211. ἐς Φᾶσιν δ' ἔπειτ' ἐνήλυθον,[70]) facile unusquisque intelliget, eos nullius esse momenti.

In priore enim loco ἐν non Doricum est pro ἐς, sed iungendum ἐντάνυει πᾶσαν εὐφροσύναν, omnem hilaritatem intendit.[71])

In altero autem Boeckhii Hermannique certa est emendatio: ἐς Φᾶσιν δ' ἔπειτεν[72]) ἤλυθον.

A scriptoribus vero iam denique ad grammaticos accedamus, ut praecepta, quae illi de praepositionis nostrae scriptura apud Dorienses dederunt, audiamus.

Gregorius Corinthius de dial. Dorica §. CXVIII. pag. 308. (ed. Schaefer.): *Τῶν εἰς ειν ἀπαρεμφάτων καὶ τῶν λοιπῶν λέξεων ἀεὶ τὸ ι ἐξαιροῦσι, τὸ λαβεῖν λαβὲν λέγοντες, καὶ τὸ ἐλθεῖν ἐλθέν. Ἐς Χρύσην — ἀντὶ τοῦ εἰς Χρύσην.*

Idem de dial. Ion. §. XIII. pag. 395. *Τὴν εἰς πρόθεσιν ἐς λέγουσιν, ὁμοίως τοῖς Ἀττικοῖς καὶ Δωριεῦσιν.*

Grammaticus Augustanus post. Greg. Cor. pag. 672. de dial. Attica §. VII. *Αἱ ἐξαιρέσεις Ἀττικῶν εἰσιν ἰδιώματα καὶ Δωριέων.......... ἐς Χρύσην ἀντὶ τοῦ εἰς Χρύσην.*

De forma ἐν c. acc. pro ἐς: Greg. Cor. pag. 355. de dial. Dor. §. CLIX. *Τρέπουσι δὲ οἱ αὐτοὶ τῆς ἐς προθέσεως τὸ ς εἰς τὸ ν· οἷον ἐς χορὸν ἐν χορόν, ἐς τὴν ἀγορὰν ἐν τὰν ἀγοράν.*

---

[70]) quasi ἐνήλυθον pro ἐςήλ. dictum esset, vid. Maittaire. Graec. ling. dial. pag. 251 *A*. et Heynium ad Pind. Pyth. IV. v. 376. ubi etiam monet, Pauwium praeferre ἐν Φᾶσιν ἐνήλυθον. —

[71]) cf. Boeckh. Nott. Critt. ad. h. l. et Dissen. Comment. ad h. l.

[72]) Hic monere iuvat, quod de vocula ἔπειτεν observavit Car. Reisigius in Coniectaneorum in Aristophanem libro I. pag. 222. (ad Acharn. v. 745. (Brunck.) κἤπειτεν ἐς τὸν σάκκον ὧδ' ἐσβαίνετε): „formam ἔπειτεν, „a Grammaticis Ionicae duntaxat concessam dialecto, Pindaro reddidit „Hermannus Observationibus de dialecto Pindari, pag. XXI: hic videmus „eam etiam in Megarensis ore versari.“ Conferatur etiam Ahrensius de dialecto Dorica pag. 384.

Grammaticus Meermannianus post Greg. Cor. pag. 658. de dial. Dor. §. XXVI. Ἐς χορὸν ἐν χορὸν, ἐς τὴν ἀγορὰν ἐν τὰν ἀγοράν.

Et Eustathius pag. 1839, 3: ἔθος Δωριεῦσιν, ὡς καὶ ἐν τοῖς τοῦ Πινδάρου φαίνεται, συντάσσειν ἔστιν ὅτε τὴν ἐν πρόθεσιν μετὰ αἰτιατικῆς.

Sed haec grammaticorum testimonia si cum iis comparamus, quae ex inscriptionibus Doricis et scriptoribus paulo antea cognovimus, illa non satis diligenter neque accurate concepta esse statim patebit. Sic, ut de ceteris taceam, solam formam ἐς Doriensibus tribuunt pro εἰς, quamquam τὸ εἰς in mitiore Doride potissimum regnasse satis constat. Huius tamen rei causa in eo quaerenda esse videtur, quod grammatici illi de Dorica dialecto e Pindaro maxime et Theocrito hauserint; in quibus praepositionem ἐς omnino praevaluisse supra vidimus.

Inde iam ad Ionicam dialectum transgredimur.

Caput 3.

IN IONICA DIALECTO QUOMODO PRÆPOSITIO SCRIPTA SIT.

In hac dialecto de praepositionis scriptura quum res simplicior magisque explorata esse videatur, non tam accurate tamque copiose disputandum est, quam in iis feci, quae praecedunt. Paucis igitur complectar, quod verum est.

Ionibus brevior praepositionis forma ἐς familiaris fuit, id quod potissimum ex Ionicae dialecti scriptoribus et grammaticorum testimoniis, minus ex inscriptionibus cognoscitur, inter quas paucae tantum reperiuntur, quae Ionice exaratae

sunt,[73]) velut in Boeckhii Corp. Inscr. nr. 8. superior titulus, in quo habes lin. 8. ἐς πρυτανήϊον; nr. 2691. d., ubi lin. 5. ἐς τὴν εἰκόνα; nr. 2953. lin. 6. ἐς τὴν δεξιήν; nr. 3044. lin. 47. ἐς γῆν τὴν Τηΐην, lin. 48. ἐσάγεσθαι (Ask. cod. ΕΙΣΑΓΕΣΘΑΙ.), lin. 51. ἐσαχθέντα.

Inter scriptores autem gravissimum testimonium, Ionibus τὸ ἐς proprium fuisse, praebet Herodotus (τῆς Ἰάδος ἄριστος κανών Dionys. Halic. tom. 2. p. 130. l. 20. aliasque), in quo constanter, ut videtur, ἐς scriptum exstat, quod quidem confirmant Matthiae Gr. Gram. §. 578. not. 2. (p. 1350)[74]) et §. 12, 4. (p. 69),[75]) Krueger. Gr. Gram. P. II. dial. §. 68, 21. not. 1. p. 164.[76]) et Aemilius Portus, qui in Lexico Ionico (Londini 1823), ubi in Ionicae dialecti proprietatibus describendis auctoritatem Herodoti ceteris anteposuit (vide eum l. c. Praefat. p. XI.), s. v. ἐς observavit: „ἐς praepos. Ionibus familiaris pro com. εἰς".

In aliis vero prosae orationis scriptoribus Ionicis ἐς quidem praevalet, sed etiam εἰς nonnunquam immiscetur, ut in Hippocratis Coi medici scriptis [77]), in Thaletis Milesii epistola ad Pherecydem,[78]) in Eusebii philosophi fragmentis.[79])

---

[73]) Iones, ut moneam, citius quam ceterae gentes Graeciae communem dialectum, certe in literis publicis, amplexi sunt cf. Franz. Elem. epigraph. Graec. pag. 183 sq.

[74]) „Statt εἰς wird auch ἐς geschrieben, bei Herodot und Thucydides regelmäßig."

[75]) „Statt εἰς hat Herodot ἐς."

[76]) „Nur ἐς gebraucht Herodot."

[77]) Kühnii editionem (Lipsiae 1825—27) inspexi et I. A. van der Lindenii.

[78]) Hanc epistolam legimus apud Diog. Laert. I. p. 27 sq. (ed. Huebner. Lips. 1828), in qua exempla reperiuntur haec: εἰς τοὺς Ἕλληνας, ἐς τὸ ξυνόν, εἰς οὐδὲν, ἐς Σύρον, ἐς Κρήτην, ἐς Αἴγυπτον, ἐς Ἰωνίην. Huc accedit altera epistola Thaletis ad Solonem (l. c. pag. 28), in qua solum exstat ἐς Πριήνην. —

[79]) quae ex Jo. Stobaeo collegit Orellius in Opusculis Graec. veter. sententiosis et moralibus Vol. II. pag. 362 sqq., ubi leguntur: fragm. 1.

Et ad poetas quod attinet, qui in universum Ionica dialecto utebantur, ut Homerus, Hesiodus ceterique epici[80]) et inter lyricos Anacreon aliique,[81]) de his hoc omnino statuendum est: Breviorem praepositionis formam ἐς praetulerunt, ita tamen, ut pro metri ratione et nonnunquam ob sonum vel alia ex causa qualicunque etiam pleniorem εἰς admitterent. Sic, ut certe nonnullos locos, in quibus τὸ εἰς praeter metri necessitatem legitur, hic apponam, apud Homerum septies exstat *οἱ δ' αἶψ' εἴςβαινον* Odys. IX. v. 103. 179. 471. 563.; Od. XI. v. 638., XII. v. 146., XV. v. 548., quod exemplum Lobeckius quoque laudat Patholog. I. p. 57. not. 14. dicens: „cui (scil. praepositioni *εἰς*) Homerus tamen sequente consona „qualicunque iota eximit excepto uno, quod in versu septies „repetito *οἱ δ' αἶψ' εἴςβαινον* legitur variante subinde scriptura „*ἔςβαινον*, *ἔμβαινον*. Sed. Epim. I. 172. vulgatam ex professo „tuetur".

Praeterea in Homeri Iliad. ζ. v. 347. habes *εἰς κῦμα* (*εἰς ὄρος, ἢ εἰς κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης.*), haud dubie soni causa. Atque in Hesiodo *τὸ εἰς* ante consonantes vulgo scribitur Scut. Herc. v. 83. *ἵκετο δ' εἰς Κρείοντα*, ibid. v. 108. *σὰς εἰς χεῖρας ἄγουσιν* et in fragmento quodam a Scholiasta ad Pind. Pyth. VI, 19. citato, vs. 2. *φράζεσθαι· πρῶτον μὲν ὅτ' εἰς δόμον εἰςαφίκηαι,....*; ac fortasse etiam in Hes. Op. et Dieb. v. 408(10.) vulgatae lectioni: *Μηδ' ἀναβάλλεσθαι ἔς τ' αὔριον ἔς τ' ἔννηφιν* praeferenda est unius codicis P. scri-

---

εἰς τοὐναντίον λόγον; fr. 9. ἐς μοῦνα; fr. 13 ἐς τοῦ πλεῦνος τὴν ἐπιθυμίαν; fr. 19. εἰςφέρεται, εἰς ἄλλο εἶδος, εἰς τοῦτο; fr. 22. ἐς μηδέν; fr. 23. εἰς ἑωϋτὸν μήτε εἰς ἄλλο; fr. 28. ἐς ὅ; fr. 41. ἐς τὰς τιμάς; fr. 43. ἐς τὴν ἐκείνου ἐπιθυμίην; fr. 49. ἐς θεὸν μεγίστην; fr. 52. ἐς ὁμογενέας; fr. 57. εἰς ἑαυτόν; fr. 58. ἐς τὸ ὁμογενές; fr. 63. ἔς τε τὰ ἑαυτῶν; fr. 66. εἰς πολλὸν ὕψος, εἰς ὁδόν. —

[80]) qui omnes Homeri lingua utebantur, cf. Hermann. Observationibus de Graecae linguae dialectis Opusc. I. pag. 133.

[81]) Inter lyricos poetas alii Aeolicam potissimum dialectum, alii Doricam receperunt, alii autem Ionismum epicorum sectati sunt.

ptura εἰς (τ' ἔννηφιν), quod quidem propter praecedens ἔς τ'... auribus magis blandiri videtur.

Sed in his ex Homero Hesiodoque locis allatis acquiescam, nisi quod de reliquis, qui Homeri Ionismum sectati sunt, poetis in universum hoc monitum velim, veterum librorum auctoritatem in iis non esse deserendam, ita igitur ut, ubicunque illi, certe meliores, τῷ εἰς ante consonantes favent, hoc servandum sit. Itaque, ut certe hoc unum exemplum attingam, Meinekio suffragari equidem non possum, qui in Callimachi Epigr. XLIV. v. 6. pro tradito οὗτος ὁ σιγέρπης εἰς τὸν ἔρωτα βάλῃ coniecit ἐς (vide eum in Callimachi Cyrenensis editione (Berolini 1861) Addendis et Corrigend. p. 310 ad h. l.: „conieci εἰς σόν. debebam ἐς σόν".[82]) Meâ enim sententiâ h. l. τὸ εἰς e poetae manu profectum est, vel soni causa, quippe quum propter praecedentem syllabam ης in σιγέρπης sequens ἐς minus suave sonet, vel propterea, quod praepositio in primam arsin alterius dimidiae partis versus pentametri incidit, qua quidem in sede plenior forma εἰς magis conveniat, quam tenuior ἐς.

Quod autem e scriptoribus et inscriptionibus de praepositionis scriptura apud Iones compertum habemus, hoc grammatici quoque testantur; ut Gregorius Corinthius de dial. Ionica §. XIII. pag. 395. ed. Schaefer: Τὴν εἰς πρόθεσιν ἐς λέγουσιν..., et Mich. Maittaire ex recensione et cum additamentis Fr. Guil. Sturzii pag. 134. *B*, de dial. Ionica: „ἐς pro εἰς; ut ἐς Herodot 3, 56. Et in compositis, ut ἐςέβαλεν 1, 15; ἐςβιβάσαντες 1, 60; ἐςακοντίζοντες 9, 49; ἐςηκόντιζον 1, 43; ἔςοδος 8, 53." (vide Append. ad Aemilii Porti dictionarium Ionicum [Londini 1823] p. 37.). Quibus adiungas Aemilii Porti

---

[82]) Suspicatur enim, quod l. c. pag. 331. in Indice Rerum s. v. εἰς pronuntiavit, εἰς non dicere Callimachum nisi ante vocalem.

Sed tamen, ne praetermittam, idem Meinekius in epigrammate laudato v. 5. traditum illud παρειςδύς intactum reliquit, atque epigr. XLI. v. 5. edidit οὐκοῦν εἰς Κηφισόν.

(Lexic. Ionic. s. v. ἐς) observationem, quam supra iam citavimus: „ἐς praepos. Ionibus familiaris pro com. εἰς“. Conferas etiam recentiores grammaticos et lexicographos s. v. ἐς vel εἰς.

Sed iam de Ionica dialecto quae porro dicam non habeo. Statim igitur ad postremam totius disputationis partem aggrediar, in qua de Attica dialecto quaeram.



Caput 4.

IN ATTICA DIALECTO QUOMODO PRÆPOSITIO SCRIPTA SIT.

Multa quidem et varia de praepositionis scriptura apud Atticos a viris doctis, ut ex ipsa commentatione infra apparebit, disputata sunt, sed nihilominus haec quaestio in universum quasi posita tantum atque inchoata, minime vero adhuc absoluta ac perfecta dici potest. Quare ipse ad hanc rem quam accuratissime indagandam et diiudicandam accedere mihi proposui. Ex mea autem observatione res omnino sic sese habere videtur.

Distinguere debemus inter veterem Atticismum et recentiorem, in quorum priore τὸ ἐς potissimum valuisse, in altero autem τὸ εἰς, satis constat. Namque veterem Atticam dialectum aut eandem fuisse, quae Ionica, aut ab ea perparum discrepuisse, et veteres grammatici testantur et ab aliis eruditis hominibus invitante occasione passim monitum est;[83]) unde consentaneum est coniicere, illi cum hac, de qua

[83]) cf. interpretes ad Gregorium Corinthium pag. 153. 383. 391. 491. 628. (edit. Schaeferi.) et Mich. Maittaire de Graecae ling. dial. Introduct. pag. III.

paulo ante diximus, etiam praepositionis ἐς usum communem fuisse, id quod, ut infra videbimus, et inscriptiones vetustiores probant et veteris Atticae dialecti scriptores.

Sed iam si quaerimus, quamdiu omnino haec scriptura τοῦ ἐς apud Atticos obtinuerit et qua ratione factum sit, ut τὸ ἐς in εἰς subito immutaretur, hoc potissimum ex inscriptionibus perspicere licet, in quibus usque ad Olympiadem 94, 2. vel paulo post conceptis constanter ἐς reperitur; inde autem ab hoc tempore quae exaratae sunt, in iis, paucis tantum exceptis, ubique fere εἰς scriptum exstat. Id vero inde explicaveris, quod Olymp. 94, 2. Euclide archonte Athenis ex iusso antiquus scribendi modus in novam formam commutatus est — ex Archini enim lege Ionica, quae vocatur, literatura pro prisca illa Attica in actis publicis recepta est cf. praeter alios Franz. Elem. epigraph. Graec. p. 148. sqq. et Pauly „Real-Encyclopaedie d. class. Alterthumswiss." Bd. I. (II. Aufl. Stuttgart 1864) s. v. Alphabet p. 801. Bd. IV. (Stuttg. 1846) s. v. Inscription. p. 174. sqq. —

Ceterum si in publicis decretis Attici veterem scripturam illam τοῦ ἐς usque ad Olympiadem 94, 2. retinuerunt, inde non sequitur, hanc etiam in usu vulgaris vitae tam diu fuisse. Immo probabile videtur, iam multo ante illam aetatem utpote quum omnino literatura Ionica Athenis vulgo increbuerit, quod Franzio l. c. p. 128. monente hodie inter omnes convenit, etiam τοῦ εἰς scripturam in communis vitae lingua usu receptam fuisse; cuius rei testes esse videntur potissimum Aristophanes aliique comici, qui quamquam ante epocham illam scripserunt, tamen non ἐς, ut infra apparebit, sed εἰς praetulerunt, quod, quum omnino comici poetae communem populi sermonem imitarentur, ex eo ipso ab illis assumptum est.

Neque minus cavendum tibi est, ne veterem scripturam ἐς apud Atticos posteriore aetate prorsus obsolevisse putes. Etenim res est confessa, in certis quibusdam formulis constanter τὸ ἐς ab iis servatum esse, velut in ἐς κόρακας, ἐς μακαρίαν, de quibus Helladius Chrestomath. apud Photium

pag. 535b. ed. Im. Bekker. tradit: *οἱ Ἀττικοὶ κατά τι πάτριον ἔθος οὐ χρῶνται τῇ ει διφθόγγῳ ἐν τῷ λέγειν, ἐς κόρακας ἢ ἐς μακαρίαν· ἀλλ' ἄνευ τοῦ διχρόνου ἐκφωνοῦσι τὴν πρόθεσιν.* Quod alii quoque probant, ut Osann. in Sylloge Inscript. I. pag. 13. Ellendt. Lexic. Sophocl. s. v. *εἰς* (I. pag. 530.) Reisigius in Coniectaneorum in Aristophanem libro I. pag. 252: „Nunquam, credo, Attici dixerunt *εἰς κόρακας.*" Brunckius in Indice ad Aristophanis editionem Tom. III. s. v. *ἐς κόρακας*: „Sic Attici semper; nunquam *εἰς κόρακας.*" denique Aug. Meinekius in fragm. Comic. Graec. Vol. III. pag. 137. ad Antiphanis fragmentum IX. (ex inc. fabul.) vs. 1.: „libri *εἰς* „*μακαρίαν.* Scripsi *ἐς*, qua forma et in hac et in cognata „dictione *ἐς κόρακας* et *ἐς ὀλβίαν* constanter usi sunt Attici."

Huc etiam referenda est particula illa *ἔςτε*, de qua in Vigeri libro de Graec. ling. idiotismis pag. 595. not. 98. denotatum video: „*Εἰς* praeterea cum verbo significat donec, „dum, quamdiu: sed tunc pro *εἰς* semper *ἐς* ponitur, sequente „particula *τε*, ut fiat *ἔςτε.*"

Quae quum ita sint, certe in iis, quas laudavi, loquendi formulis, ubicunque in Atticis literarum monumentis *εἰς* scriptum reperitur, hoc in *ἐς* mutandum esse equidem censeo.

Iam vero, quum in universum exposuimus quae fuerit in Attica dialecto praepositionis scribendae ratio, oportet, ne temere dixisse videar, etiam exemplis illud probem. Itaque iam et inscriptiones Atticas ex Boeckhii Corpore Inscriptionum (Vol. I.) collectas, in quibus praepositio nostra comparet, hic apponam, et scriptores quam rationem hac de re omnino observaverint.

In inscriptionibus autem, in quibus enumerandis, ut brevi conspectu res perlustretur, aetatem secutus sum, qua illae secundum Boeckhii fidem consignatae videntur, haec est rei conditio:

nr. 71a. (Ol. 82—83.) in Addend. lin. 25. *ἐς..... Ἀθηναί.. καταθέςθαι*, lin. 27. *ἐς τὸ τῆς Ἀθηναίας ταμιεῖον.* —

nr. 73 c. *A.* lin. 6. *ἐςιών*, lin. 19. *ἐς Ὠρωπόν*, lin. 22. *ἐς Ἑστιαίαν.* —
nr. 73 c. *B.* lin. 2. *ἐς τὸ δικαστήριον*, l. 3. *ἐςάγῃ*.
Uterque titulus a. Boeckhio in Ol. 84, 1 aut paulo post ponitur, vide eum in Add. Vol. I. pag. 894 b.
nr. 137. (Ol. 86, 3—87, 2.) lin. 1. *ἐς Παναθήναια*; idem
nr. 138. (Ol. 87, 3—88, 2.) et nr. 139 et nr. 140. (uterque tit. Ol. 88, 3—89, 2.) —
nr. 75. (Ol. 89, 1—2.) lin. 14. *ἐςαγόντων*, ibid. ad lin. 5., ubi lectio dubia esse videtur, Boeckhius (pag. 114 b.) monuit: „Longissime ab universa legis ratione aberravit „Osannus[84]) pro *ΤΙΣΤΟΜΠΟΛΕΟΝ* scribens *ΕΙΣΤΟΝ*„*ΠΟΛΕΜΟΝ*, pro quo certe *ΕΣ* oportebat."
nr. 141. (Ol. 89, 3—90, 2.) lin. 1. *ἐς Παναθήναια.* —
nr. 76. (Ol. 90, 2.) lin. 4. *ἐς πόλιν*, lin. 5. *ἐς ἀπόδοσιν*, lin. 25. *ἐς στήλην*, lin. 28. *ἐς Παναθήναια*, lin. 31. *ἐς τὸ νεώριον.* —
nr. 142. (Ol. 91, 3—92, 2.) lin. 1. *ἐς Παναθήναια.* —
nr. 144. (Ol. 91, 3.) lin. 6. *ἐς Παναθήναια*, lin. 15. *ἐς τὰς ναῦς τὰς ἐς Σικελίαν.* —
nr. 145. (Ol. 92, 1.) lin. 4 et lin. 9. *ἐς Πελοπόννησον*, lin. 6. *ἐς τὰς τριήρεις.* —
nr. 147. (Ol. 92, 3.) lin. 6. *ἐς Παναθήναια*, lin. 7. *ἐς τὴν ἑκατόμβην*, lin. 10. *ἐς Πύλον*, lin. 12. 13. 22. 23. *ἐς τὴν διωβελίαν.*[85])

---

[84]) Osannus in Sylloge Inscript. pag. 12 et pag. 14.

[85]) lin. 35. ut obiter attingam, notandum est ἐς Σάμῳ pro ἐν Σάμῳ, ut nr. 87. lin. 31. ἐς Σιδῶνι p. ἐν Σ. et nr. 171. lin. 52. ἐς Σίγγῳ p. ἐν Σ. ex assimilatione τοῦ ν ante sequentem literam sibilam; cf. Osann. Sylloge Inscr. pag. 26. Boeckh. C. I. I. pag. 126; Giese de dial. Aeol. pag. 94 sq. et pag. 381; Franz. Elem. epigr. Graec. pag. 127. Eadem ratio reperitur in inscriptione quadam Sicini insulae nr. 2447 b. (C. I. Vol. II. Add. p. 1083.) lin. 11. ἐς σύλῳ i. e. ἐν σύλῳ et lin. 16. ἐς στήλη λιθίνῃ p. ἐν στ. Huic autem ἐς pro ἐν comparetur illud ἂς Σέλευκος θέλῃ pro ἂν Σ. θ. in titulo Delphico nr. 1706. lin. 14

Quae quum ita sint equidem non dubito, quin in Suidae glossa item cum Bernhardyo Ἐςσείσεις (τά νήπια αὐτῶν) potius legendum sit quam

nr. 160. (Ol. 92, 4.) lin. 52. ἐς τὸ ἔσω, lin. 91. ἐς τὰ ζυγά.
nr. 148. (Ol. 92, 4—93, 1.) saepius ἐς τὴν διωβελίαν, quod etiam nr. 149. (Ol. 93, 1—2 aut 2—3) legitur.
nr. 80. (decretum initio Archontis Euclidis exaratum[86]) lin. 5. ἐς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον. —
nr. 82. (Decretum hoc, Boeckhius ad. h. tit. observavit, paulo post Euclidem scriptum esse scripturae ratio probabile reddit) lin. 3. ἐς τὰ δι' ἔτος ἱερά, lin. 18. ἐς πράττοντας, lin. 25/26 ἐς Πλωθέας κοινὰ καὶ τὰ ἐς Ἀθηναίους et praeterea sexies ἐς, nunquam vero εἰς. Sed Boeckhius ad h. tit. pag. 122 a. monuit: „Pro ἐς omnibus locis potest εἰς substitui." Unde conieceris etiam Boeckhium Euclidem archontem pro termino quasi habere inter τοῦ ἐς scripturam et τοῦ εἰς
nr. 84. (Ol. 100, 4.) lin. 3. εἰς ἀκρόπολιν, lin. 5. εἰς τὸ πρυτανεῖον εἰς αὔριον, quod iteratur lin. 17/18. —
nr. 87. (ex Ol. 101—103[87]) lin. 6. ἐς τὸν λοιπὸν χρόνον, l. 15. ἐς δὲ τὴν ἀναγραφήν, lin. 27. ἐς τὸ πρυτανεῖον, lin. 28. ἐς αὔριον; sed. lin. 35. μήδ' εἰςφοράν.
nr. 158. (Ol. 101, 1—4. lin. 23 et lin. 24. εἰςεπράχθη, lin. 33. εἰς κομιδήν, lin. 34. εἰς τὴν ἑορτήν, lin. 36. εἰς τὰ προθύματα. —
nr. 85 b. in Add. (Ol. 102, 2—3.) lin. 6. εἰς τὸν δῆμον, lin. 9. εἰς τὴν πρώτην ἐκκλησίαν. —
nr. 92. (Ol. 106, 2—4.) lin. 13. εἰς δὲ τὴν ἀναγραφήν.

---

cum Kuestero ἐνσείσεις; quamquam etiam Giese (l. c. pag. 94.) in ἐνσείω, ἐνσημαίνω, ἔνσπονδος etc. τὸ ν mere pronuntiatum esse suspicari videtur. —

[86]) Franzius l. c. p. 128. monuit: „Ceterum sub ipso Euclide vetus in actis publicis scriptura servatur; vid. Corp. Inscr. nr. 80. quod decretum initio archontis Euclidis ante novas leges Ionicis literis scriptas exaratum fuerit. Cf. Boeckh. Oecon civ. Ath. II. pag 209." Quare etiam τὸ ἐς in hoc titulo non offendit. —

[87]) Quod in hoc titulo τὸ ἐς pro εἰς reperitur, non miremur, quum omnino in titulis post Euclidem archontem exaratis haud pauca ex vetere et nova literatura mixta deprehendantur, cf. Franz. l. c. pag. 149. sq., ubi inter ea exempla, in quibus simplex E pro diphthongo EI usque ad Olymp. 104—106. scriptum habetur, etiam τὸ ΕΣ e nostro titulo citavit. —

nr. 98. (Ol. 108, 4.) lin. 21. *εἰςτήλας*,[88]) lin. 24. 25. *εἰςφορά*, *εἰς τὴν πόλιν*, lin. 26. *εἰςφέρειν*, *εἰςενέγκωσι*; lin. 27. *εἰς τὴν μίσθωσιν*, sed lin. 28. *ἐς αὐτὸ τὸ χωρίον*. —

Item in omnibus sequentibus titulis Atticis, ubi praepositio occurrit, ut nr. 96. 100. 101. 102. 103. 105. 106. 107. 108. 112. 113. 115. 120. 123. 126. 127. 214. 346. 354. 356. 359. 382. constanter *εἰς* scriptum est tam in appositione quam in compositione, nisi quod *ἐς* habetur nr. 98. (frustulum lapidis, Boeckhio ad h. t. monente, Attico charactere insigne) lin. 4. *ἐς τὸν δῆμον*; nr. 355. (Hadriani decretum) lin. 59. *ἐς τὸ δημόσιον*, sed ibid. lin. 62. *εἰς ὅλον ἐνιαυτόν*; et in metricis inscriptionibus nr. 380. vs. 10. *ἐςαθρήσας*. nr. 511. III. v. 20. *ἐς τέλος*. —

Sed huic quaestioni finem imponere non possum, quin lectoris animum ad ea adverterim, quae Franzius omnino de orthographia in Atticis inscriptionibus passim in Elem. epigraph. Graec. ut pag. 49. sq. pag. 98. 111. 127. 149 sq. observavit, unde ad nostram rem quod attinet efficitur, Atticos consuevisse, certe ante Euclidis aetatem, ε pro ει scribere idque maxime in terminationibus et omnino iis in vocibus, in quibus iota non primitivum, sed ex productione natum est,[89]) velut *νέμεν* p. *νέμειν* (C. I. nr. 70.); *χρηματίζεν* (nr. 80), quo etiam ipsum illud *ἐς* p. *εἰς* (ex *ἐνς*) referendum est.[90])

---

[88]) εἰστήλας (εἰς στήλας), quod sic etiam legitur nr. 108., non vitium est, ex Boeckhii observatione C. I. Vol. I. pag. 133 b., sed concrevit εἰς cum casu suo, ut ΕΣΤΗΛΗΙ p. ἐν στήλῃ in decreto nr. 87. cf. Giese de dial. Aeol. pag. 95 et pag. 381. et Franz l. c. pag. 127. Compares ex Ionico titulo C. I. nr. 3044. lin. 35. ταστήλας pro τὰς στήλας, quod Franzius quoque l. c. pag. 110. laudavit. —

[89]) cf. Boeckh. Corp. Inscr. Vol. I. pag. 17 b.

[90]) Cum hac ratione comparari potest ea, quam supra apud nonnullos Doriensium observavimus, qui et infinitivorum terminationem -εν pro -ειν usurparunt (ut omnino correptionem syllabarum finalium, quemadmodum τὸς (p. τοὺς) quod ipsum etiam apud Atticos sic scriptum reperitur cf. Franz. l. c. pag. 127.) et ἐς pro εἰς adhibuerunt. —

Ab inscriptionibus iam ad scriptores Atticae dialecti transeamus.

Inter quos primum prosaicos si spectamus, in iis quae fuerit praepositionis scriptura iam satis exploratum ac diiudicatum esse videtur; quare eos leviter tantum attingam.

Sic apud Thucydidem, quem vetere Attica dialecto usum esse inter omnes constat, τὸ ἐς regnare Poppo observavit in Prolegom. ad Thucyd. I. pag. 212.: „Ἐς pro εἰς fere semper „dixisse videtur Thucydides. Nam quamquam εἰς aliquoties „legitur in vulgatis editionibus, ibi tamen plerumque optimi „libri ἐς scribunt. Rarius in his ipsis, paulo saepius in uno „vel duobus libris secundi vel tertii ordinis Reg. (Gr.) εἰς re„peritur. Vide haec omnino collecta in Farragine discrepan„tis scripturae (p. 407—417). Haud improbabile tamen ex „eadem, post vocabula in ες desinentia et similia quaedam „εἰς non plane spretum esse. Fortassis etiam excipienda ob „sonum parum suavem verba per ἐπεις composita, in quibus, „si vocalis brevis sequitur, εἰς saepe retinetur in libris. Ἐπεις„έρχεται II. 38. Ἐπεισενεγκάμενοι III. 53. Ἐπεισέπλεον VI. 2. „Ἐπεισαγωγή VIII. 92. — Ante consonantem autem ἐπες, ut „ἐπεσβαίνοντες IV. 14., ἐπεσβάλητε III. 13., ἐπεσπλευσούμενοι „IV. 13. legitur."

Unum idemque fere sentiunt recentiores grammatici, ut Matthiae Gr. G. p. 1350. not. 2. et §. 12, 4. (p. 69.) et lexicographi, velut Papeus, Passowius s. v. εἰς; cf. etiam Mich. Maittaire de Graec. ling. dial. p. 71. *D.* et Schneider. ad Plat. Civit. Praefat. Vol. I. p. LIII. Sed Ellendtius, quod maxime miror, Popponis sententiae adversari videtur in Lexico Sophocleo Vol. I. p. 531. s. v. εἰς dicens; „Apud Thucydidem „quidem ἐς regnare Popponis decretum est Vol. I. p. 212.; „sed quam id non verum sit, ex farragine discrepantis scri„pturae p. 407. sqq. intelligitur." — Hoc tamen nihil valet. Namque haud raro, quod satis notum, apud scriptores rarior

et antiquior forma ἐς cum communi εἰς per librariorum incuriam commutata est.[91])

Praeter Thucydidem etiam serioris aetatis scriptores Attici formam ἐς τῷ εἰς in universum praeoptasse videntur,[92]) ut Appianus, Lucianus, Pausanias, de quibus sufficiat, in eo, quem primo loco posui, quae observavit Schweighaeuser. ad Appian. Praefat. p. 110. Vol. III., integra hic apponere: „Attica forma ἐς pro εἰς, tam ubi nude ponitur illa praepositio, „quam in compositione verborum, constanter paene uti solitum „Appianum reperio: et in ἐς h. l. (Cap. I. l. 5. ἐς τήνδε τὴν „θάλασσαν) cum Editis consentiunt libri MSSti: quamquam „eadem haec forma, ut apud alios scriptores (cf. Dukerum „ad Thucyd. L. II. c. 4. l. 76. et c. 49. l. 91.) sic apud No„strum saepenumero cum communi εἰς per librariorum incu„riam commutata est. Igitur, ut semel de re parvi quidem „per se momenti moneam, ubi εἰς dabant Editi, ibi ex mspto„rum quidem plerumque praescripto, sed nonnunquam etiam „invitis Codicibus aut nihil monentibus schedis, ἐς restitui. „Nec tamen id ita obstinate feci, quin vulgatam formam εἰς „passim etiam reliquerim, et quidem eis praesertim locis, ubi, „eadem praepositione paucis verbis interiectis iterum occur„rente, uno loco in εἰς, altero in ἐς ita conspirantes libros „reperi, ut ipse Auctor videri quodammodo posset variationem „istam spectasse."

Haec autem ratio ἐς potius quam εἰς usurpandi inde repetenda esse videtur, quod scriptores illi serioris aetatis omnino veterem Atticam linguam quasi affectare eamque sibi propriam reddere studuerunt; sic igitur etiam priscam praepositionis ἐς scripturam receperunt.

---

[91]) cf. Schweighaeuser. ad Appian. Praefat. pag. 110. Vol. III.

[92]) In Passowii lexico (emend. a. Rostio aliisque) s. v. εἰς: ἐς, das auch im älteren Atticismus, namentlich bei Thuc., die häufigere und wahrscheinlich allein richtige Form ist, während bei Xenoph. Plat. und den Attischen Rednern häufiger εἰς getroffen wird und die spätere Prosa entschieden wieder zu ἐς inclinirt."

His vero exceptis omnes reliqui prosae orationis scriptores Attici vulgare εἰς praetulerunt, ut Xenophon, Demosthenes ceterique oratores, [93]) de quibus constat, nisi quod de Platone res paulo dubior apparet, quum saepius mirifice et libri et editores inter se varient.

Sed tamen, si quidem Schneiderus in Praefat. ad Civit. Vol. I. p. LIII. sqq. recte observavit, etiam apud Platonem τὸ εἰς praevalet, τὸ ἐς autem admodum rarum est idque maxime in compositis.

Prosaicis igitur scriptoribus absolutis iam ad poetas Atticos, tragicos et comicos, aggrediamur.

Apud eos autem in codicibus et editionibus insignem de praepositionis nostrae scriptura videre licet et discrepantiam et inconstantiam, ita ut non miremur, quod etiam iudicia, quae viri docti ad definiendum et constituendum hunc usum tulerunt, tantopere inter se variant. Sic, ut certe nonnulla eorum hic adscribam, Elmsleius ad Eurip. Med. v. 88.: [94]) „Sunt autem formae communes εἰς et εἴσω, poeticae „vero ἐς et ἔσω, quas comici non omnino usurpant, tragici „non nisi metri lege coacti. Quam longissime a veritate „abest Brunckii sententia tum alibi passim declarata, tum „ad Aeschyli Prom. 478. (477.): „Id autem usu percepisse

---

[93]) cf. Scheibe in commentatione critica de Isaei orationibus (Programm des Vitzthumschen Geschlechtsgymnasiums und der mit demselben vereinigten Erziehungsanstalt in Dresden Ostern 1859.) pag. 6. „Praeterea reponendum, censeo ——— εἰς pro ἐς or. 1. §. 14. (εἰς τὴν ὑστεραίαν) et εἴς τε pro ἔς τε (γὰρ τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα) or. 7. §. 34. (ἴστε A), non quod hoc Atticum non sit, sed quod non minus a Demosthenis (Dindorf. praef. ad Dem. pag. XXIII.) — quo in loco Dindorf. notavit: P. 129. 21. (ed. Reisk.) εἰς Πελοπόννησον S. (cod. Parisin.) pro ἐς Πελ., quae forma praepositionis aliena ab Demosthene est, — quam ab Isaei usu abhorret.“ Hanc Scheibii rationem laudat ac probare videtur Gotthold. Meutzner. (Jahn's Jahrbücher Leipzig 1861. pag. 462.)

[94]) Praeterea conferas eum ad. Soph. Oed. R. Praefat, pag. XII., quem locum inspicere mihi non licuit. —

„mihi videor, Atticos poetas εἴς et εἴσω fere non adhibuisse, „nisi ubi metri necessitas cogeret; alias ἐς et ἔσω praetulisse."

Plane igitur contrariae sunt virorum illorum sententiae. Nunc autem alii Elmsleio suffragari videntur, ut Ellendtius in Lexico Soph. s. v. εἰς, alii vero Brunckium probant, ut Schützius ad Aesch. Prom. v. 478. dicens: „Illud (scil. ἐς) cum Brunckio, ubi codices addicunt, praeferimus: quia Attici poetae, nisi ubi metri necessitas cogeret, ἐς et ἔσω, quam εἰς et εἴσω scribere maluerunt."

Alii iterum aliam regulam sibi scripserunt, quemadmodum G. Dindorfius, qui (vide eum ad Aesch. Prom. v. 1. ad Aristoph. Acharn. v. 242.) Atticis poetis ante literas consonantes constanter τὸ ἐς tribuit, ante vocales autem, ubicunque patitur metrum τό εἰς praefert. Atque in hac re eum secutus esse videtur Aug. Meinekius, qui in Aristophanis editione (Lipsiae 1860.) Vol. I. praefationis initio monuit, se in praepositionum εἰς et ἐς scriptura constantiae causa Dindorfii rationibus ad Acharn. 242, expositis obtemperasse.

Praeterea denique conferas Porsonum in Supplem. ad praefat. Eurip. Hecub. p. LVI. ed. III. Lips. 1824. Reisigium in Coniectan. in Aristophanem I. pag. 251. sq. et lexicographos recentiores s. v. εἰς, ut Papeum, Passowium, et grammaticos, ut Matthiaeum Gr. Gram. pag. 69. et p. 1350. not. 2.; quorum alii aliter iudicant.

Et postremo ad eos quod attinet, qui certas regulas ante oculos non habuerunt, sed libros secuti sunt et quidem alii alios — quo plerique editores et tragicorum et comicorum pertinent — per se patet, in iis aeque ac veteribus in libris saepissime apparere insignem dissensionem et inconstantiam.

Quae quum ita sint, quum doctorum virorum sententias tantopere inter se discrepare cognoverimus, operae pretium facere nobis videmur, ut controversiam illam quantum possimus tollere ac dirimere conemur. Sed hic quum per spatium mihi non concedatur, id quod infra statuam, multis comprobare et omnino totam rem tam accurate tamque copiose tra-

ctare, quam vere opus est: hanc quaestionem adumbrabo potius atque extremis tantum quasi lineamentis describam; ipsam vero rei ut ita dicam exaedificationem in futurum aliquod tempus magis opportunum differam.

Primum igitur de comicis dicam; in quibus non, ut viri docti illi maximam partem existimant, eandem rationem de praepositione nostra scribenda valuisse, quae apud tragicos, consentaneum est; quippe quum omnino Atticus comicorum sermo a tragico distet.

Hoc autem observavisse mihi videor, apud comicos, qui communem populi sermonem, in quo, ut supra iam monuimus, multo ante Euclidem archontem vulgarem praepositionem *εἰς* usitatam fuisse verisimile est, imitabantur, hanc ipsam formam regnare. Sic, quod permagni est momenti, metri causa ante vocales sexcentis locis *τὸ εἰς* habes, nusquam vero vel certe rarissime[95]) in comicorum reliquiis *τὸ ἐς* in eo loco collocatum reperiri videtur, quo metrum brevem syllabam postulet; id quod Elmsleius l. c. et Porsonus confirmat Praefat. ad Eur. Hecub. p. LVI. (ed. III. Lips. 1824.): „Brunckius metro coactus *ἔσοδον* (Aristoph. Nub. v. 325. [6.]) scribit, quod nunquam apud Comicos, ut neque quicquam aliud nomen ab *ἐς* compositum reperitur. Rarissime omnino, et vereor, ne in locis tantum mendosis, *ἐς* ante vocalem usurpant.“ Huic Porsoni iudicio accedit Schaeferus in Ind. Hecubae s. v. *ἐς* observans: „Porsoni verba si Osannus attentius legisset, non contradixisset Inscr. I. p. 13. Porsonus enim de comicis loquitur: at ille exempla e tragicis attulit. Omnino ea est Porsoni praecipientis diligentia, ea circumspectio, ut singula eius verba attendi oporteat.“

---

95) ut Vespis Aristoph. v. 147 οὐχ ἐςεῤῥήσεις; Thesm. 657 ἐςελήλυθε; in Menandri Ἁλιεῦσι fr. VIII. (v. Meinekium Fragm. Comic. Graec. Vol. IV. pag. 76.) v. 3. ἐςίδω; quibus tamen locis Elmsleius recte fortasse coniecit οὐκέτ' ἐῤῥήσεις, εἰςῆλθεν, ἐπίδω (v. Imm. Bekkerum in Notis ad duos priores locos et ad. Acharn. v. 42. 43.) —

Sed iam forte aliquis obiiciat, etiam in ipso Aristophane nonnunquam sine corruptelae suspicione ob metrum ἐς ante vocalem legi, ut Pac. v. 140. (ed. Imm. Bekker.) *τί δ', ἢν ἐς ὑγρὸν πόντιον πέσῃ βάθος;* Thesm. v. 1122. *πεσεῖν ἐς εὐνὴν καὶ γαμήλιον λέχος.* Hoc quidem verum esse haud negaverim: at versus illi inde habent excusationem, quod e Tragicis procul dubio petiti sunt cf. Imm. Bekker. in Notis ad hh. ll.[96])

Atque etiam, ut hoc moneam, Lysistrata v. 156. illud *παρεςιδών* in Lacaenae cuiusdam ore minime offendere potest, quoniam Lacones ἐς pro εἰς dicerent, ut supra demonstravimus. Quare equidem non dubito, scripturam illam codicum aliquot veterumque editionum cum Brunckio aliisque contra lectionem *παρενιδὼν* vel *παρενιδών* servare.

Inde verò, quod apud comicos fere ne metrum quidem cogit ut ἐς scribatur, coniicere licet, eos consuevisse omnino εἰς dicere. Itaque recte agere mihi quidem videntur ii, qui etiam iis in locis, ubi ad metrum nihil interest quidquam εἰς an ἐς legatur, ut ante consonantes et ante vocales in imparibus senariorum pedibus in thesi, comicis τὸ εἰς tribuant eo tamen temperamento, ut nonnunquam τό ἐς quoque retineant. Nam in forma εἰς adhibenda constantiam iis obtrudere, ut Elmsleius voluit, non debemus. Sic apud comicos veterem Atticam formam ἐς servandam esse puto certe in locutionibus quibusdam et formulis, quo e. g. pertinent *ἐς κόρακας, ἐς μακαρίαν*, in quibus dictionibus Atticos constanter τὸ ἐς usurpasse supra iam commemoravimus. Non igitur probo Imm. Bekkerum et Invernizium, qui Aristophanis Vespis v. 852. (884.) et ibid. v. 982. (1017.) *εἰς κόρακας* e Ravennate codice, ut videtur, ediderunt pro *ἐς κόρακας*, quod ita scriptum saepius in comicorum reliquiis occurrit, vide Brunckii Indicem verborum ad Aristoph. edit. Vol. III. s. v.

---

[96]) Reisigius in Coniectan. in Aristoph. I. pag. 102: „Bonus est Pacis versus 140 ex tragoedia, τί δ', ἢν ἐς ὑγρὸν πόντιον πέσῃ βάθος, de Icaro dictus."

ἐς κόρακας et Henr. Iacobi Ind. ad Meinekii fragm. Comic. Graec. Vol. V. P. II. s. v. κόραξ. et Stephan. Thes. Gr. ling. s. v. κόραξ (ed. Paris 1841.). Neque minus falso in Antiphanis comici fragmento ap. Athenaeum I. p. 18. c. (ed. Casauboni) libri εἰς μακαρίαν praebent, quod iam Meinekius l. c. Vol. III. p. 137. recte in ἐς μακαρίαν mutavit (ἐς μακαρίαν bene Aristoph. Equit. v. 1147. edit. Imm. Bekkeri.) His dictionibus adscribam ex Arist. Acharnensibus v. 798. ἐς κεφαλὴν τράποιτό μοι, e Pluto v. 526. ἐς κεφαλήν σοι,[97]) quibus locis, ut Reisigius Coniect. I. p. 252. bene observavit, comprobatur τὸ ἐς etiam Nubibus v. 40. ἐς τὴν κεφαλὴν ἅπαντα τὴν σὴν τρέψεται, ubi vulgo quidem εἰς, sed cod. Mutinensis m. ap. Im. Bekker. et cod. 1. ap. Dobree. τὸ ἐς confirmant; praeterea e Pluto v. 650. ἐκ τῶν ποδῶν ἐς τὴν κεφαλήν σοι πάντ᾽ ἐρῶ·[98]) et v. 651. ἐς τὴν κεφαλήν, ex Ecclesiaz. v. 255 ἐς κυνὸς πυγὴν ὁρᾶν; et denique e Vespis v. 1260/61 κᾆτ᾽ ἐς γέλων τὸ πρᾶγμ᾽ ἔτρεψας, quo in loco etiam Reisig. Coniect. I. p. 252. τὸ ἐς non vult attentare, cf. Thucyd. VI. 35. ἐς γέλωτα ἔτρεπον τὸ πρᾶγμα.

In his igitur similibusque formulis quotidiani sermonis probabile videtur τὸ ἐς servari, praesertim quum ipsi veteres libri huic lectioni omnino faveant.

Sed, nisi fallor, apud comicos in hac re etiam aurium iudicium nonnihil valuerit, ut interdum ἐς τῷ εἰς praeferrent, quo e. g. referam vulgatum illud ἐνθεὶς ἂν ἐς τίφην Aristoph. Acharn. v. 884. et κοὐ θαυμά γ᾽ ἐς Σάρδεις Vespis vs. 1139., in quibus locis propter vocabula ἐνθεὶς et Σάρδεις in εις desinentia τὸ ἐς suavius sonare videtur quam εἰς. Similiter in Ranis pro vulgata scriptura χωρεῖς γὰρ εἰς τὸ δίκαιον (vs. 640.), quae auribus minus blanditur, cum Brun-

---

[97]) Suidas s. v. ἐς κεφαλήν σοι· ἐπιφώνημα κατάρας· προειρηκότος γάρ τινος, χαλεπὰ ἔσεσθαι, ἀμοιβαίως ἀνταποκρίνεταί τις. Ἐς κεφαλήν σοι.

[98]) cf. Homeri (Iliad. XXIII, 169.) illud ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς. —

ckio[99]) e duobus codicibus χωρεῖς γὰρ ἐς τὸ — haud cunctanter restituendum esse arbitror.

Atque sicubi crasis admittitur, a comicis κὰς (ex καὶ ἐς natum) dicitur, non κεὶς, quod, si εἰς inesset, devitari non poterat; quemadmodum Aristoph. Acharn. v. 184. κὰς τοὺς τρίβωνας, et Avibus v. 949. κὰς τὴν πόλιν, quibus locis ab optimis libris κὰς servatum est,[100]) cf. Dindorf. ad Eurip. Phoen. v. 574. et Valckenaer. ad eund. loc. v. 577.

Postremo autem bene perpendendum est, quinam sint, qui loquuntur. Nam in Laconis ore magis convenit τὸ ἐς, ut Arist. Lysistr. v. 1244. ἐς τὼς Ἀσαναίως τε κὴς ἡμᾶς ἅμα. contra vero in hominem Megaricum melius cadit εἰς, quare equidem cum Ahrensio de dial. Dorica p. 359. in Acharnensibus v. 710. e Ravennate, optimo codice, εἰς τὸν σύκκον pro vulgato ἐς τ. σ. restituendum esse censeo, unde in eodem versu pro ἐςβαίνετε conieceris εἰςβαίνετε, et vs. 727. pro ἐςβάλητε-εἰςβάλητε, quod Suidae glossâ εἰςβαλεῖτε vel εἰςβαλεῖται confirmetur.

Sed haec de comicis poetis sufficiant, nisi quod lectorem etiam remittam ad comicae dictionis Indicem, quem Henr. Jacobi composuit, in Meinekii Fragm. Com. Graec. Vol. V. s. v. εἰς, ἐς et sub vocibus cum hac praepositione compositis; unde perspicere licet, veteres quoque libros non repugnare sententiae nostrae, a comicis τὸ εἰς praelatum esse, ἐς tamen non omnino respuentibus.

---

[99]) vide eum ad Ran. vs. 641.

[100]) In Hermippi quoque comici fragmento quodam ἐν Θεοῖς ex emendatione Bergkii habes κὰς τοῦ καπήλου, vid Meineke Fragm. Comic. Graec. Vol. II. pag. 389. — Sed, ut moneam, quod Matthiae Gr. Gramm. pag. 163 iam observavit, in editione Brunckiana Aristoph. Ran. v. 1529. falso adhuc scriptum exstat κὲς (φάος), pro quo certe κὰς oportebat. Particula enim καὶ qua ratione apud Atticos cum vocabulis ab ε incipientibus coalescat, nemini, qui vel obiter has literas attigerit, ignotum est; cf. Bekkeri Anecdota Graeca II. pag. 496. atque ipsum Brunckium ad Arist. Equit. v. 269. —

Plane fere contrarium, me quidem iudice, de tragicis statuendum est. Quod mirum esse non potest, quum illi non vulgi sermonem, ut comici, imitarentur, sed, ut inter omnes constat,[101]) omnino quidem in diverbiis antiqua Atticorum lingua uterentur, in melicis autem carminibus communem lyricorum orationem sectarentur, et denique mediam quandam inter chori et diverbiorum dialectos rationem usurparent in magna parte anapaestorum. Nunc autem supra vidimus et veteribus Atticis et lyricis poetis τὸ ἐς potissimum familiare fuisse; unde cum aliqua probabilitate etiam tragicis et in diverbiis et in canticis et in anapaestis hanc formam tribuendam esse, colligere licet. Sed hoc libri quoque confirmant certe apud Aeschylum et Sophoclem, de quibus hanc rem satis exploratam habeo. Ex iisdem tamen libris etiam perspicitur, pleniorem formam εἰς a tragicorum usu non alienam fuisse idque non solum ante vocales ex metri necessitate, verum etiam ubi per metrum utraque forma et εἰς et ἐς licita est, ut ante consonantes et ante vocales in imparibus senariorum sedibus in thesi. Quod ne temere dixisse videar, ex Aeschylo quidem, tragicorum quasi principe, omnes locos, quibus praepositio occurrit, hic ante oculos ponam.

Metri igitur causa ante vocales apud Aeschylum εἰς legitur, si recte numeravi, in senariis undevicies: Supplic. v. 847.[102]) Prom. Vinct. v. 2. 238. 363. 390. 1032. Pers. v. 182. 321. Sept. v. 238. 1034. Agam. 488. Choeph. 296. 666. 698. Eum. v. 477. 755. et fragm. 176, 2. fr. 210, 1. fr. 252; semel in trochaico versu Pers. vs. 229; semel in arsi,

---

[101]) cf. praeter alios Hermann. Observation. de Graec. ling. dial. Opusc. I. pag. 134 et eundem in Praefat. ad. Eurip. Bacch pag. VII. Atque Brunckius ad. Aristoph. Plut v. 166.: „Vetus Attica dialectus est ea, qua utuntur Tragici.“ Conferas denique etiam Koenium ad. Greg. Cor. pag. 153. not. 21. ed. Schaefer. —

[102]) Godofredi Hermanni numeros sequor (editio altera Berolini 1859., quam curavit M. Haupt.)

quinquies in thesi anapaestorum: Prom. V. vs. 153. 193. 1078. 1082. 1090. Agam. vs. 1432; octies in canticis: Suppl. vs. 93. v. 522. Pers. vs. 68. 100. Sept. v. 837. Agam. v. 368. 416. Eum. 357.

Ἐς autem ut scribatur metrum postulat Supplic. v. 316. Prom. V. vs. 2. 304. 389. 678. Pers. v. 835. Eum. v. 58. 837., fragm. 273. *ἐς ἄντρον*, quorum Eum. 58. quartae, reliqua secundae sedis sunt in thesi iambici senarii; in anapaesti arsi soluta semel *ἐς* deposcitur Pers. v. 2.; in canticis ter *ἐς* habes Agam. vs. 711. Choeph. v. 603. Prom. vs. 690. et fortasse Sept. v. 223, ubi Schützius quidem aliique *ἐς ἀκρόπτολιν* exhibent. Quibus locis ipse e coniectura addam Prom. V. vs. 350. *ὅςτ᾽ ἐς*[103]) *ἑσπέρους τόπους ἕστηκε* in thesi quartae sedis versus senarii.

Sed longe plura adsunt exempla, in quibus ad versum nihil refert, *εἰς* an *ἐς* legamus; in his autem librorum lectiones ita se habent: *Ἐς* scriptum exstat cum eorum, potissimum Medicei optimi codicis consensu ante vocales in thesi primi pedis: Agam. v. 782. *ἐς αἱματηρόν*, Choeph. v. 662. *ἐς Ἄργος*, Eum. v. 451. *ἐς οἶκον;* in quinta sede Sept. v. 423, *ἐς οὐρανόν.*

Εἰς contra in prima senarii sede: Sept. vs. 267. *εἰς ἐπτατειχεῖς* (*ἐς* cod. Arundelianus.), Choeph. v. 211. *εἰς ὄψιν*

---

[103]) Vulgo legitur ὃς πρὸς ἑσπέρους τόπους ἕστηκε, nisi quod Weilius in Promethei editione ad h. l. et Valckenaer, adnott. in Eur. Hippolyt. p. 302. πρὸς ἑσπέροις τόποις praeferunt. Sed nostrum ἐς probant optimus codex Mediceus, Par. D. et Robortellus, qui tamen contra metrum ὃς (ἐς .) exhibent; quod facile in ὅςτ᾽ mutaveris, qua forma Homerica. Aeschylus haud raro utitur, vide Blomfieldium ad. Aesch. Pers. v. 302. et cf. Ellendt. Lex. Soph. II. pag. 380. s. v. ὅςτε. Illud autem πρὸς ab interprete est, quemadmodum Soph. Trach. 1167. (Schneidewin.) pro ἐςελθὼν cod. Paris. προςελθών, qua praepositione (πρὸς), Ellendtio l. c. I. pag. 539 s. v. εἰςέρχομαι monente etiam ipsum εἰς a librariis et interpretibus explicari scimus; velut Soph. Philoct. v. 111. cod. nonnulli πρὸς κέρδος pro εἰς vel ἐς κέρδος, Eur. fr. 635, 3. (Nauck. „Tragicorum Graec. Fragmenta“ Lips. 1856.) pro εὐσεβοῦσιν εἰς θεούς alii πρὸς θ.—

ἥκεις, fragm. 35, 2. εἰς ὑψίκρημνον; in tertio pede Agam. vs. 1166. εἰς ἔργον.

Ante consonantes vero a libris ἐς scriptura suppeditatur hisce locis:

Suppl. v. 393. ἐς βυθόν, v. 736. ἐς γῆν, vs. 739. ἐς νύκτα, v. 868. ἐς ναῦν, v. 878. ἐς πόλιν, v. 892. ἐς μακράν (ἐς Rob. Steph. Med. Guelf.; εἰς Turneb.) Prometh. V. vs. 230. ἐς θρόνον, v. 474. ἐς νόσον, vs. 647. ἐς παρθενῶνας (εἰς Par. E.), v. 659. ἔς τε Πυθώ, v. 723. ἐς μεσημβρινὴν (εἰς Viteberg. cod.) v. 737. ἐς τὰ πάντα, v. 814. ἐς χθόνα, v. 845. ἐς κοινόν. v. 846. ἐς ταὐτόν, v. 969. ἐς τάςδε. —

Pers. v. 334. ἐς τριακάδας, v. 374. ἐς ναῦν (εἰς Lips.) v. 389. ἐς μάχην, v. 435. ἐς τὰ μάσσονα, v. 480. ἔς τε Φωκέων χθόνα, v. 487. ἔς τε Μακεδόνων χώραν (ἠδὲ Robortellus), v. 521. ἐς τὸ λοιπὸν (εἰς Viteb.), v. 525. 1035. 1048. ἐς δόμους, v. 791. ἐς τὸν — τόπον, v. 802. ἐς τὰ νῦν. —

Sept. v. 21. ἐς τόδ' ἦμαρ, v. 30. ἔς τ' ἐπάλξεις, v. 43. ἐς μελάνδετον σάκος (apud Stobaeum et Longinum ac scholiastam Aristophanis, G. Hermanno ad h. l. monente, εἰς scriptum est.), v. 49. ἐς δόμους (εἰς δ. Med. et Stobaeus, ἐν δόμοις Colb. 1., sed vulgo ἐς δόμους.), v. 235. ἐς φθόρον, v. 557. ἐς πατρὸς μοῖραν, v. 661. ἐς χεῖρας, v. 975. ἐς πόλιν. —

Agam. v. 295. ἐς τόδε, v. 599. ἐς τὸν πολὺν (G. Hermannus in adnotat. ad h. l. „Libri ἐς τὸν πολύν. Blomfieldio εἰς dare placuit."), v. 797. ἐς τὸ σὸν φρόνημα, v. 818. ἐς μέλαθρα, v. 878. ἐς δῶμα, v. 924. ἐς δόμων μέλαθρα, v. 933. ἐς δόμους, v. 1226. ἐς φθόρον, v. 1235. ἐς τοιάςδε. —

Choeph. v. 3. ἐς γῆν (εἰς γῆν pars librorum Aristophanis et Thom. Mag. p. 169, 12. 199, 1. vid. Rrunck. ad Arist. Ranas v. 1128.), v. 237. ἐς σέ μοι (ἐπ' ἐμοί Med. a. m. pr.), v. 901. ἐς τὸ δυςτυχές, v. 1053. ἐς φρένας.

Eum. v. 11. ἐς τήνδε γαῖαν, v. 54. 86. 288. 878. ἐς τὸ πᾶν, v. 400. ἐς κοινόν.

fragm. 6, v. 4. ἐς φάος (εἰς φ. cod. Par., quod etiam Nauckius „Tragicorum Graecorum Fragmenta" (Lipsiae 1856.)

Aesch. fr. 5. edidit), fragm. 256, 2. ἐς δόμους. — Haec sunt exempla senariorum. In trochaicis autem ter ἐς reperitur: Pers. v. 160. ἐς δ' ὑμᾶς; ibid. v. 221. ἐς φάος et v. 740. ἐς δὲ παῖδ' ἐμόν.

In anapaestis: Prom. V. vs. 1054. ἔς τε κελαινόν, Pers. 633. ἐς φῶς, Agam. v. 68. ἐς τὸ πεπρωμένον, v. 1534. ἐς τόνδ' ἐνέβης.

Melicorum denique illa: Suppl. v. 819. ἐς δόρυ; Pers. vs. 591. ἐς γᾶν; Sept. v. 725. ἐς τρίτον (εἰς Cantabr. 1.); Agam. v. 244. ἐς πέδον, v. 383. ἐς δόμον, v. 660. ἐς τὸ πᾶν, v. 967. ἐς τὸ μὴ τελέσφορον; Choeph. v. 396. ἐς πέδον, v. 453. ἐς φάος, v. 925. ἐς δόμον, v. 927 ἐς τὸ πᾶν, vs. 1015. ἐς μόχθον; Eum. vs. 529. et 1024 ἐς τὸ πᾶν.

Contra sane pauca apud Aeschylum inveniuntur exempla, quae ante sequentem consonam τό εἰς libris addicentibus praebent, ut Prom. V. vs. 1. εἰς τηλουρὸν[104]) (ἐς Suidas s. v. ἐριβρεμέτας et scholiasta Aristophanis ad Ran. 826.), ibid. v. 499. εἰς τέχνην. v. 949. εἰς θεούς, v. 1025 εἰς φάος, Med. Guelf. Vit. Lips. Cantabr. 1. 2. Par. D. H. Ald. Rob., sed Turnebus ἐς, quod recentiores editores fere omnes receperunt; Choeph. v. 206. εἰς ταὐτό (ἐς solus Robortellus, Hermanno ad h. l. monente), ibid. v. 228. εἰς δέ θήρειον, v. 660. εἰς τὸ

---

[104]) Inter viros doctos, ut obiter moneam, controversia est primum de etymologia vocis τηλουρος, et tum de accentu, utrum ὀξυτόνως, an προπερισπωμένως denotandum sit illud, vide e. g. Goettling. „Allgemeine Lehre vom Accent d. Griech. Sprache Jena 1835. pag. 209; Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft von Zimmermann 8 Jahrg. 1841. pag. 675 et pag. 680; Hartung. ad. Aesch. Prometh. v. 1; et Reisig ad eund. locum, cui assentitur Schoemannius in Promethei editione pag. 281. Sed quantum equidem iudico, iis accedendum est, qui τηλουρος a τῆλε et ὅρος derivant; inde autem efficitur, τηλοῦρος (e τηλέορος) προπερισπωμένως scribendum esse cum Reisigio et Schoedmannio pro vulgato τηλουρός, ὀξυτόνως. Nominum enim in ουρος desinentium barytona sunt, quae a nominibus ducuntur, ut ἄπουρος, πρόσουρος ab ὅρος, λάμπουρος, αἴλουρος, σκίουρος ab οὐρά; contra quae a Verbo ὁρᾶν, oxytona, quemadmodum, οἰκουρός, κηπουρός. Hesychius in voce τηλουρος utrumque accentum et oxytonon et properispomenon tradit, et in Indice ad Etym. Magn. (op. Sylburg.) s. v. notatum video τηλοῦρός.

πᾶν, v. 902 εἰς δόμους codd. Ald. Turn. Vict., sed Dindorfius ad h. l. „Scribendum ἐς cum Rob. Steph." ἐς etiam God. Hermannus edidit; Eum. v. 30. εἰς θρόνους, v. 393. εἰς τὸ πᾶν, v. 562. εἰς τὸν αἰανῆ χρόνον, v. 662. εἰς τὸ πᾶν χρόνου, v. 700. εἰς τὸ λοιπόν, v. 1005. εἰς τούς; et fragm. 282, 4. εἰς πημονάς, fr. 306, 9. εἰς τόπον. Haec omnia in senariis exstant. In anapaestis vero et in canticis nullum locum reperi, ubi libri lectionem εἰς suppeditant; in Prometheo enim v. 554. λέχος εἰς σὸν ὑμεναίουν est coniectura God. Hermanni.

Postremo etiam duo illi loci, Prom. V. vs. 479. et Sept. v. 190., commemorandi sunt, in quibus libri inter εἰς et ἐς valde fluctuant. Sic in priore ἐς νόσον exhibent Lips. Par. A. B. aliique, εἰς ν. contra Med. Guelf. Viteb.; et in altero loco εἰς πρῷραν commendant Guelf. Colb. 1. Par. N. Vind. 1. 3. Par. E. H. C. Ven. A. Cantabr. 1. 2. Ox., τὸ ἐς vero Vind. 2. 4. Ald. Rob. Turneb. et Mediceus.

Iam vero ad voces quod attinet, quae cum hac praepositione sunt compositae, in iis ante sequentem vocalem metrum εἰς flagitat in senariis: Suppl. v. 601., Prom. v. 246. 247. 248. 733. 751. 801. 945., Pers. v. 199., Sept. v. 539., Agam. v. 804. 867., Eum. v. 31. 570. 572.; in anapaestis: Prometh. v. 122. 1079; in canticis: Suppl. v. 413., Prom. v. 146. 695. („ἐςιδοῦσα, Hermanno ad h. l. observante, Med. Guelf. Lips. Bessar. aliique. Recte Vit. et edd. vett. εἰςιδοῦσα.") ibid. v. 901. 566.

Ἐς autem propter metrum necesse est legatur in senariis: Pers. 847., Agam. 1140., Eum. 822.; in anapaestis: Prom. v. 140. v. 292. 1097., Pers. v. 892., Agam. 1294; in canticis: Prometh. v. 186. 427.; Pers. v. 110.; Choeph. v. 68.

Sed iis in locis, ubi metrum utramque formam admittit, cum librorum consensu, ut videtur, ἐς habes Suppl. v. 454. ἐςβέβηκε, Sept. v. 435. ἐςθορεῖν, Agam. 4. 918. ἐςκόμιζε; contra εἰς Sept. v. 583. ξυνειςβάς; Agam. v. 831. ἐπειςφέρειν; Choeph. 636. ἐπειςφέρει; et ante vocalem in thesi primi pedis senarii Prometh. v. 1006. εἰςελθέτω σε μήποθ' ὡς ἐγὼ Διός —.

Eandem vero rationem, quae est apud Aeschylum, fere observare licet apud Sophoclem. Ex Ellendtii observatione in lexico Sophocleo I. s. v. εἰς. triplo quidem plura in Sophocle reperiuntur exempla, quibus propter metrum opus sit forma productiore, quam quibus brevioris formae sit usus. Sed, quod ad usum praepositionis apud poetam constituendum maioris momenti esse mihi quidem videtur, multo maior est vis exemplorum, quae, ubi per metrum et εἰς et ἐς locum habere potest, secundum librorum fidem τὸ ἐς, quam quae τὸ εἰς praebent. Sic in melicis constat apud Sophoclem ἐς regnare, non εἰς; item in anapaestis (vide Ellendtium l. c.) Non autem minus certum est etiam in senariis τὸ ἐς praevalere. Nam septuaginta fere quinque locis, si recte inii computum, secundum omnium, ut videtur, librorum fidem ἐς legitur, cf. Ellendtium l. c.; quem tamen probare non possum, quum omnibus reliquis — octoginta fere quatuor, nisi fallor — locis, qui item in diverbiis occurrunt, εἰς ministrantibus libris scribendum esse censeat. Etenim in his diu versatus [105]) observationem fecisse mihi videor, libros ipsos saepius magis ad ἐς quam ad εἰς inclinare, imo etiam haud raro τὸ Ellendtii εἰς unius tantum vel alterius codicis auctoritate niti, ita ut denique haud ferme multi loci relinquantur, quibus libri scripturae εἰς omnino suffragentur. Quod nunc quidem sufficiat obiter tantum attigisse, quippe quum alio tempore magis opportuno hanc rem uberius tractare mihi proposuerim. Sed a Sophocle pedem non referam, quin hic monuerim, quod G. Hermannus ad Soph. Oed. R. v. 1263, ubi in quinto senarii pede in thesi ἐςείδομεν [106]) omnes libri praeter

---

[105]) Plerasque recentiores Sophoclis editiones adii, e. g. G. Hermanni, Erfurdtii, Musgravii, Wunderi, Brunckii, aliorumque, ut cognoscerem, utram formam singulis illis locis praeberent, et quid omnino de veterum exemplarium ratione denotarent.

[106]) Item in compositione apud Sophoclem praeter necessitatem metri ἐς in libris habetur Trach. v. 755. (G. Dindorfii edit. sec. Oxonii

cod. Flor. Γ. et editiones Triclinianas tuentur, observavit: „Elmsleius εἰςείδομεν cum edd. Triclinianis. Sed quam ille regulam sibi scripsit in praefatione ad Oed. R. p. 9., ut ἐς non nisi metro postulante a tragicis usurpatum statueret, eam ego minime probandam esse arbitror." Unde collegeris, G. Hermannum quoque tragicis ἐς potius, quam εἰς tribuere praesertim si consideres, eum in Sophoclis et Aeschyli fabulis, ubi metrum et εἰς et ἐς patitur, multo saepius hoc edidisse.

Iam denique ad Euripidem quod spectat, non facile quisquam in dubium vocet, quin ille ab Aeschyli Sophoclisque ratione in formis ἐς et εἰς adhibendis in universum quidem non discesserit. Sane quidem iis in locis, quibus propter metrum utraque forma concessa est, apud Euripidem et recentiorum editorum et ut videtur veterum exemplarium insignem videre licet discrepantiam atque inconstantiam. Verum tamen, si Matthiaeo, G. Dindorfio Brunckioque, Euripidis editoribus fides habenda est, ipsi quoque veteres libri magis ad ἐς quam ad εἰς inclinare videntur.

Sed quod Aldina editio, ut hoc moneam, constanter fere, paucis [107]) tantum exceptis, τὸ εἰς exhibet, hanc rationem correctoris Aldini sedulitati potius, quam codicum auctoritati

---

1849, quam omnino in locis e Sophocle afferendis secutus sum.) ἐςεῖδον, Oed. R v. 1429 ἐςκομίζετε, Aiac. v. 260. ἐςλεύσσειν (utroque loco Flor. Γ. εἰς.) Contra vero in εἰς libri consentire videntur: Oed. R. v 238. εἰςδέχεσθαι; ibid. v. 705. εἰςπέμψας, Aiac. v. 55. εἰςπεσών, Trach v. 376. εἰςδέδεγμαι Oed. Col. v. 915. ἐπειςπεσών, fr Inach. III, 2 (257 D.) ἐπειςκύπτει; ante vocales in thesi imparium senarii sedium Oed. R. v. 1244. Oed. Col. v. 372 907. Elect. v. 685. 700. εἰςῆλθε: Phil. v. 953. εἴςειμι (ad h. l. Dindorf. „ἔςειμι Suidas s. v. αὖθις, quod vett. editt. etiam s. v. ψιλός praebent.)

[107]) velut Orest. v. 59. (in locis ex Euripide citandis G. Dindorfium omnino sequor.) Aldina tradit ἐς πέτρων.., ibid. v. 63 et v. 378. ἐς Τροίαν, v. 749. ἐς ποίαν, v. 1252. ἐς φρουράν; item ἐς praeter necessitatem metri Phoen. v. 38. v. 276. 598. 771 981. Androm. v. 55 275. Iph Aul. v. 619. 720 Rhes. v. 96. Bach. v. 315. 375. 776. — Hippolyt v. 714. Alcest. v. 321. v. 828. —

imputandam esse cum G. Dindorfio ad Eur. Orest. v. 53. 60. arbitror. Id quod eo verisimilius apparet, quum vel metro repugnante in editione illa εἰς pro ἐς scriptum reperiatur, e. g. Orest. v. 1119. (ed. Dindorf. εἰς οἴκους pro ἐς οἴκ. (εἴςιμεν ἐς οἴκους δῆθεν, ὡς θανούμενοι,), Helen. v. 1611. εἰς Ἑλλάδ' pro ἄναξ ἐς Ἑλλάδ' εἶπεν εὐθύνειν δόρυ. et in canticis Orest. v. 822. εἰς αὐγὰς et ibid. 1004. μονόπωλον εἰς Ἀῶ contra codicum lectionem et vulgatam ἐς αὐγὰς — ἐς Ἀῶ. Item Aldina non recte dedit εἰς ἐμέ, Orest. v. 394. et ibid. v. 736., pro quo debebat ἐς ἐμέ, quod Porsonus hh. ll. edidit, vel certe εἴς με[108]) cum Elmsleio aliisque (Dindorf. ἔς με).

Exemplum vero, ubi Aldus pro εἰς falso scripserit ἐς, equidem detegere non potui. Unde liquet, omnino ab Aldo facilius genuinam codicum scripturam ἐς in εἰς mutatam esse, quam vice versa.

Quod autem de Aldina editione diximus, idem in aliis quoque veteribus libris observare licet et quidem non solum apud Euripidem, verum etiam in Sophocle et in Aeschylo. Sic, ut certe nonnulla exempla adscribam, contra metri legem εἰς pro ἐς praebent: Eur. Medea v. 265. Lascaris εἰς εὐνὴν p. ἐς εὐνὴν; ibid. vs. 264 εἰς ἀλκὴν Stobaei ed. Trincavelliana p. ἐς ἀλκ.; Eur. Hippolyt. v. 1067. εἴςειμι Lascaris simul cum codd. Flor. 2. 10. Havn. p. ἔςειμι; Eurip. Phoen. v. 613. Codd. *A.* Flor. 33. Aug. b. μολὼν εἰς Ἄργος p. ἐς Ἄργος; Eur. Med. v. 1024. ἐγὼ δ' εἰς ἄλλην et ibid. v. 1039. ὄψεσθ', εἰς ἄλλο

[108]) ἐς ἐμέ, ut hic moneam, quod Matthiae ad Eurip. Iph. Taur. v. 65. observavit, scripsisse videntur Grammatici, regulae, qua encliticis post praepositiones locus negatur, tenaces. Sed iam Elmsleius attulit Bacch. v. 804 (805.) εἴς με, Elect. v. 347. πρός με, Aesch. Eum. v. 104 ὑπέρ μου. et cf Reisig Coniectan. in Aristoph. I. pag. 56. praeterea Jacobs Antholog. Graec. Vol. III. pag 66. 312 917. 924. Neque etiam facere possum, quin Elmsleii sententiam ad Eur. Bacch. v. 804. pronuntiatam hic commemorem: „Qui apud Euripidem ἐς ἐμέ reponunt, nesciunt, ἐς apud tragicos nunquam in iambico metro mediam pedis trisyllabi syllabam esse. Vid ad Iph. Taur. 65. 334. Mus. Crit. Cantabr. T. II. pag. 275. 285.“ —

utrumque cod. Rom. C. pro ἐς ἄλλην, ἐς ἄλλο; et Eur. fragm. 406. (ex recens. Nauckii „Tragicorum Graecorum Fragmenta." Lips. 1856.) vs. 8. codd. A. Vind. εἰς οἴκους pro νύμφας ἐς οἴκους ἐρματίζονται βροτοί; ac denique Eur. frg. 372. 1. pro πέμψεις δ' ἐς Ἅιδου ζῶντα κοὐ τεθνηκότα, Nauckio l. c. p. 376. ad h. l. monente, εἰς editur. Similiter apud Sophoclem Oed. R. v. 1303. Flor. Γ. Θ. εἰςιδεῖν, et Antig. v. 128. Schol. Laur. a. aliique [109]) εἰςιδών, utroque loco contra anapaestici versus regulam pro ἐςιδεῖν et ἐςιδὼν vel ἐπιδών; item metro resistente in quarta senarii sede in thesi Antig. v. 307. cod. H. (vid. Wex. in Sylloge adnotationis ad h. l.) εἰς ὀφθαλμοὺς p. ἐς ὀ. dedit; atque in thesi secundae sedis Trachin. v. 1167. Laur. a. et cod. Paris. B. εἰςελθών p. ἐςελθών et Aiac. v. 1168. cod. Lips. b. εἰς αὐτόν p. ἐς αὐτ. Nolo in hoc genere multus esse, atque consistam in locis allatis, praeterquam quod lectorem etiam attendere velim ad Brunckii illud: „Centies in optimis etiam, quas versamus, membranis εἰς scriptum, ubi metrum ἐς flagitat." [110]) — Negari quidem non potest, etiam in contrariam partem a librariis peccatum esse, sed tamen hoc rarissime modo factum videtur, quemadmodum Eur. Med. v. 695. v. 956. v. 1300 (ed. Elmslei.) Lascaris contra metrum ἐς pro εἰς edidit, et Eur. fragm. 300. 3 ἐσθλοὶ γένοιντο παῖδες εἰς ἀλκὴν δορός cod. M. [111]) male ἐς ἀλκήν; atque Aeschyli Pers. v. 229 (ed. G. Hermann.) codd. Guelf. Lips. ἐς οἴκους, Supplic. v. 93 libri ἐς ὕβριν, item Eum. v. 357. cod. Medic. ἐς ἄγκρισιν, falso pro εἰς. —

Sed iam, si quis ea, quae de tragicis adhuc dispututa sunt, paulo tantum accuratius consideraverit, non dubito, quin accedat sententiae nostrae, tragicis τὸ ἐς potius, quam τὸ εἰς esse tribuendum, eo tamen temperamento, ut hoc iis conce-

---

109) Vide Wex. in Soph. edit. Tom. II. pag. 98. ad. h. l.

110) C. G. Hauptii Quaestiones Aeschyl. Spec. IV. (Persas continens) pag. 232.

111) e Nauckii observatione ad hoc fragmentum.

datur non solum ex metri necessitate, verum alias quoque certe nonnunquam. Quando vero iis in locis, ubi metrum utramque formam admittit, τό εἰς a tragicis dictum sit, id iam nostrum est quaerere ac diiudicare. Sane quidem haec quaestio paulo difficilior esse videtur, praesertim quum cognoverimus, quam parvi momenti in his rebus sit veterum librorum auctoritas; sed experiar equidem, quoad possum.

Illud omnino concedendum est, si tragici poetae formam εἰς praeter necessitatem metri aliquando admiserint, non esse id temere ac sine idonea ratione factum. Huius autem rei causae, quantum iudico, aliae nullae esse possunt nisi hae.

Primum igitur tragicos in hac re nonnihil dedisse aurium iudicio arbitror.[112]) Sic certe post vocabula in ες desinentia et similia quaedam haud improbabile videtur εἰς non plane ab iis spretum esse, quod etiam libri docent, quibus addicentibus εἰς legitur e. g. Sophocl. Oed. Col. v. 415 ὥς φασιν οἱ μολόντες εἰς Θήβης πέδον. ibid. v. 1368. αἵδ' ἄνδρες, οὐ γυναῖκες, εἰς τὸ συμπονεῖν. Soph. fr. 736. (Nauck.) v. 2. χωρῶμεν ἤδη, παῖδες, εἰς τὰ τῶν σοφῶν —, et fr. 713., 2. οὔπώποθ' ἥβης εἰς τὸ σώφρον ἵκετο; et Eurip. Phoen. 1540. ἐξάγαγες εἰς φῶς, Eur. Electra v. 859. θὲς εἰς χορόν aliasque saepius.

Itaque haud cunctanter Aeschyli Septem c. Theb. v. 43. e Stobaeo, Longino scholiastaque Aristophanis equidem restituam: ταυροσφαγοῦντες εἰς μελάνδετον σάκος, pro vulgata ἐς μ. σ.

Fortassis etiam in verbis per ἐπεις[113]) vel simile quid compositis tragici ob sonum parum suavem τὸ ἐς aspernati sunt; cum omnium enim, ut videtur, veterum exemplarium consensu legimus: Aesch. Agam. v. 831. ἐπεισφέρειν, Coeph. v. 636. ἐπεισφέρει, Sept. c. Theb. v. 583. ξυνεισβάς; — Soph.

---

[112]) Conferas Lud. Bachmannum ad Lycophronis Cassandram 423. —

[113]) Ellendtius in Lexico Soph. s. v. εἰς fin.: „composita ab ἐπες incipientia plane ignorare Graecitas videtur omnis v. Poppo Prol. ad Thuc. Vol. I. pag. 212."

Oed. Col. v. 915. ἐπειςπεσών, fragm. Inach. III. 2. (257. Dindorf.) ἐπεισκύπτει; —

Eur. Phoen. v. 200. ἐπειςφέρουσιν, Alcest. v. 1056. ἐπειςφρῶ, Helena v. 1550. τῶν ἐπειςβατῶν, Herc. Fur. v. 34. ἐπειςπεσὼν, Rhes. v. 448. ἐπειςπεσεῖν, Elect. v. 498. ἐπειςβαλεῖν, et alia.

Praeter vocis autem suavitatem, si quid video in hac re, et significatio praepositionis apud tragicos aliquid valuerit. Sic certe observavi, iis in locis, quibus praepositio vim habet minus usitatiorem τοῦ „adversus, contra", [114]) ubique, quantum scio, scripturam εἰς a libris omnino suppeditari, ut Aesch. Prom. v. 949. τὸν ἐξαμαρτόντ' εἰς θεούς; Soph. Oed. Col. v. 754. ὠνείδισ' εἰς σέ κἀμὲ καὶ τὸ πᾶν γένος; ibid. v. 965. μηνίουσιν εἰς γένος, ibid. v. 976. μηδὲν ξυνειδὼν ἔδρων εἰς οὓς τ' ἔδρων, Aiac. v. 128. μηδέν ποτ' εἴπῃς αὐτὸς εἰς θεοὺς ἔπος; Eurip. Med. v. 83 (ed. Elmslei.), ἀτὰρ κακός γ' ὢν εἰς φίλους ἁλίσκεται; ibid. v. 302, ὥςτ' εἰς τυράννος ἄνδρας ἐξαμαρτάνειν, aliasque.

Huiusmodi autem locis tragicos pleniorem formam εἰς praetulisse eo quoque confirmari videtur, quod etiam metrum flagitat, ut εἰς legatur, si praepositio significatione illa praedita est, veluti Aesch. Prom. 1090. Sept. v. 238. v. 1034. Agam. v. 371., ubi coniungendum esse constat οὐ γάρ ἐστιν ἔπαλξις πλούτου εἰς ἀφάνειαν (tutela contra interitum), ibid. v. 488. v. 1432.; Soph. Phil. v. 522. v. 1309. Elect. v. 454. Oed. Col. v. 968.; Eur. Med. v. 81. (Elmsl.)

Quae quum ita sint, in Aeschyli Septem c. Theb. v. 609. potius coniecerim ἐκτρέποντες εἰς γᾶς ἐπιμόλους, quam cum Godofr. Hermanno ἐς γᾶς ἐπ., quod ipsum εἰς in Mediceo codice ad ἐπιμόλους a recentiore manu supra adscriptum est;

---

114) Nemo nescit, τὸ εἰς significans „contra" ab Homeri usu alienum esse neque omnino frequentatum apud Atticos, qui ἐπὶ vel πρὸς praeferebant.

insuper h. l. τὸ εἰς auribus magis blanditur propter praecedentis vocabuli terminationem ες. Sed haec hactenus.

Iam tertiam causam commemorem, cur a tragicis interdum εἰς p. ἐς admissum sit.

In arsi quinti pedis iambici, (quae sententia a Reisigio Coniectan. in Aristoph. I. p. 252. pronuntiata maxime mihi arridet) in versu trimetro aptius solet cadere εἰς quam ἐς, praepositione cum nomine suo post ipsum Verbum in fine simul enunciationis sita: idemque valet de extrema arsi in trochaicis versibus catalecticis. *Εἰς* igitur servandum esse puto, e. g. Eur. Phoen. v. 1254. *τάδ' ἠγόρευον παρακλοῦντες εἰς μάχην.* Eur. Suppl. v. 720. *κἄκρουσα χεῖρας· οἱ δ' ἔτεινον εἰς πύλας,* ibidem v. 1065. *ᾄσσω, θανόντος Καπανέως τήνδ' εἰς πυράν.* Helena v. 778. *σωθεὶς δ' ἐκεῖθεν ἐνθάδ' ἦλθες εἰς σφαγάς.* Eur. fragm, 303. (Nauck.) v. 4. *ἥσσους γεγῶτες κρείσσον' ἦλθον εἰς τύχην.* fr. 488., 4. *τίκτουσι πάντα κἀνέδωκαν εἰς φάος.* fr. 503, 3. *μένουσα κἀσπούδαστος ἦλθεν εἰς δόμους.* Et in Soph. Oed. R. v. 861. e codice Flor. Γ. cum Ellendtio Lex. Soph. s. v. *εἰς.* libenter restituimus: *πέμψω ταχύνασ'. ἀλλ' ἴωμεν εἰς δόμους* pro *ἐς δόμ.*

Item Aesch. fragm. 5, (6.) cum Nauckio e cod. Par. receperim *πάλιν γὰρ ἥκουσ' ἐκ σκότου τόδ' εἰς φάος.* et Aesch. fr. 237, 2 (256. H.) non dubito equidem ἐς in εἰς mutare: *κενόν, πόνου πλουτοῦντ' ἔπεμψεν εἰς δόμους.* Atque in trochaicis versibus εἰς legendum est, velut Eur. Phoen. v. 598. *κᾆτα σὺν πολλοῖσιν ἦλθες πρὸς τὸν οὐδὲν εἰς μάχην;* cum codd. Florr. (excepto Flor. 2.) Guelf. Aug. b. d. Havn. Leidensibus MSS. aliisque; Aesch. Persis v. 221. mihi sumam reponere: *ἐσθλά σοι πέμπειν τέκνῳ τε, γῆς ἔνερθεν εἰς φάος·* quamquam omnes libri in *ἐς φάος* consentire videntur.

Sed non minus bene plenior forma quadrat eos in locos, ubi gravitas quaedam in praepositione posita est atque pondus, quemadmodum in antithesi Soph. Trach. v. 34. *εἰς δό-*

μους τε κἀκ δόμων[115]), Soph. Elect. v. 685. in thesi primi pedis in senario εἰςῆλθε (cui oppositum est ἐξῆλθε v. 687.) Oed. R. v. 238. μήτ' εἰςδέχεσθαι (v. 241. ὠθεῖν δ' ἀπ' οἴκων), et Eur. Phoen. v. 534. εἰςῆλθε κἀξῆλθ' επ' ὀλέθρῳ τῶν χρωμένων in quibus nc vestigium quidem tenuioris formae ἐς in libris exstare videtur.

Denique vero fortasse etiam non ab omni parte reiiciendum est, quod V. D. in Edinb. review nr. 38 p. 491. ait[116]) se eo inclinare, ut Tragicos in primo, tertio ac quinto pede ceteris paribus spondeum iambo praetulisse putet propter rationem ab Horatio allatam A. P. 255: „tardior ut paulo graviorque veniret ad aures.“ Hac igitur ratione recte forsitan explicaveris illud εἰςελθέτω σε μήποθ' ὡς ἐγὼ Διός. (Aesch. Prometh. v. 1006.); Choeph, v. 211. εἰς ὄψιν ἥκεις ὧνπερ ἐξηύχου πάλαι aliaque huiusce modi nonnulla.

Ac postremo, quod satis certum est, tragici in crasi non κἀς[117]) (καὶ ἐς) dixerunt, ut comici, sed potius κεἰς ex καὶ εἰς natum, veluti Soph. frgm. 428. (Nauck.) v. 3. κεἰς θεοὺς fr. 868a. κεἰς λήθην; Eur. frag. 495, 4. κεἰς ἀνδρῶν —, Eur. Phoen. v. 1016. κεἰς κοινόν. Phoen. v. 1660 κεἰς δόμους, Troad. v. 474. Bacch. v. 743. et saepius, vid. Valckenaer. ad Eurip. Phoen. v. 577.

Iam vero de tragicis quae porro hic tecum communicem, non habeo.

Sed, quum hac ratione omnino quaestionem de Atticis scriptoribus ad finem adduxerim, etiam relinquitur, ut grammaticorum canona de scriptura praepositionis apud Atticos

---

115) compares αἵ τ' εἴσω στέγης, | αἵ τ' ἐκτὸς αὐλῆς Soph. Trach. v. 202. ubi metrum quidem etiam ἔσω patitur, sed omnes libri εἴσω tradunt.

116) hunc locum citat Matthiae ad Eurip. Orest. v. 270 et Phoen. v. 537.

117) Dindorfius non recte tragicis κἀς tribuit, vide eum ad Eurip. Phoen. v. 574. —

cognoscamus. Sic Gregorius Corinthius de dial. Attica §. XXXII. p. 77. (ed. Schaefer.) *Τὴν εἰς πρόθεσιν ἐς λέγουσιν.* cf. eundem p. 308. et p. 395.

Grammaticus Meermannianus de dial. Attica §. XXII. post Greg. Cor. p. 647. *Καὶ ἀντὶ τῆς εἰς προθέσεως χρῶνται τῇ ἐς.*

Gramm. Augustanus l. c. p. 672. de dial. Att. §. VII. *Αἱ ἐξαιρέσεις Ἀττικῶν εἰσὶν ἰδιώματα...., ἐς Χρύσην ἀντὶ τοῦ εἰς Χρ.* Atque Helladius Chrestom. ap. Phot. p. 533, 10. (edit. Imm. Bekkeri.): *ἀναλογώτερον ἀντὶ μὲν τῆς εἰς προθέσεως τὸ ἐς λέγειν.* Sed idem l. c. p. 535. b. 2. *οἱ Ἀττικοὶ κατά τι πάτριον ἔθος οὐ χρῶνται τῇ ει διφθόγγῳ ἐν τῷ λέγειν ἐς κόρακας ἢ ἐς μακαρίαν, ἀλλ' ἄνευ τοῦ διχρόνου ἐκφωνοῦσι τὴν πρόθεσιν. ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων ἁπάντων καὶ μετὰ τοῦ διχρόνου καὶ χωρὶς τοῦ διχρόνου τὴν πρόθεσιν λέγουσιν.*

Denique in Etym. Magno p. 277. (op. Sylburgi. ed. Lips. 1816.) et in Etym. Gudiano (ed. Sturz. Lips. 1818.) p. 174. *ἐς Ἀττικῶς* dicitur.

Haec autem grammaticorum praecepta si cum iis comparaverimus, quae antea disputata sunt, statim patebit, ea non ad Atticos in universum referenda esse sed ad veteres potissimum, Thucydidem et Tragicos spectare. [118])

Sed iam vela contraho. Quodsi autem ea, quae hac commentatione exposita sunt, tantopere probabuntur, quanto studio, ut prodessent, scripta sunt a me, non opinor fore ut aut me aut alios industriae meae poeniteat.

---

[118]) Similiter Koenius ad Gregorium Corinthium pag. 153 not. 21. (ed. Schaefer.) bene observavit: ‚Atticos dum dicit Grammaticus ρσ pro ρρ ponere, Attici intelligendi sunt veteres, Thucydides et Tragici.“ cf. R. Brunck. ad Aristoph. Plut. v. 166. —

CORRIGENDA.

Pag. 1.—16. culpa typothetae semper **j** pro **i** positum est e. g. hujus, ejus, cujus, Jones, judicium etc. pro huius, eius etc.

p. 7. not. lin. 21. pro **Rinthone** lege **Rhinthone**.

p. 8. not. lin. 14. pro πᾶϛα lege πᾶσα.